


0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20



Alto loyo M. V. R. V. de S. dia
R. 12.765

P E T R I A L-
F O N S I D E V A S-
C O N C E L O S L V S I-

tani de Harmonia Rubricarum

Iuris Canonici


P R I M A , E T S E C V N D A P A R S .

*Ad Theotoniu de Bragança Archiepiscopum
Elborensem.*



M A D R I T I
Apud Petrum Madrigal.

M. D. X C.



T A S S A.

PEdro çapata del Marmol escriuano de camara de su Magestad doy feee, q los señores del Consejo, de pedimiento y suplicació de Pedro Alfonso de Vascócelos, tassaró vn libro intitulado, *Armonia Rubricarum iuris Canonici, prima, & secunda pars*, q con licencia y priuilegio de su Magestad imprimio, a tres marauedis, y medio cada pliego en papel, y al dicho precio y no mas mādaron q se vēda: y que primero que se venda ningun libro se imprima esta tassa en la primera hoja de cada volumen, y para que dello conste, de pedimiento del dicho Pedro Alfonso de Vascócelos, y mandamiento de los señores del Consejo, di la presente firmada de mi nombre: que es fecha en la villa de Madrid a veinte dias del mes de Nouiébre, de mil y quinientos, y nouenta años.

*Pedro çapata
del Marmol.*

* 2 E R R A -

E R R A T A S.

Fol. 45. lin. 23. excōmunicatio, lege, excōmunicato
Fol. 87. lin. 6. totum, lege, totam.
Fol. 114. lin. 14. Confil. lege, Concil.
Fol. 127. lin. 25. Africani, lege, Afranij.
Fol. 157. lin. pen. eruditos, lege, eruditas.
Fol. 172. lin. 17. successiuorum, lege, subcessiuorum.
Fol. 195. lin. 6. modibus, lege, modis.
Fol. 208. lin. 6. §. 15. lege, §. 5.
lin. pen. sextum, &. lege, sextum.
Fol. 215. lin. 8. peræq, lege peræquè. Y estas en otras. 5.
o. 6. partes.
Fol. 216. lin. 15. ralis ralis ratio, lege, ralis ratio.
Fol. 220. lin. 3. Hæc, lege, Hac.
Fol. 226. lin. 16. paratlitis, lege, paratitlis.
Fol. 226. lin. 5. videri, lege, videre.
Fol. 236. lin. 1. & 181. lege, & 18.
Fol. 249. lin. 2. Cebalo, lege, Oebalo.
Fol. 255. lin. 22. quām, lege, quam.
lin. 28. fuer, lege, fue-

Iuan Vazquez
del Marmol.

L I C E N C A D O

Conselho geral da sancta Inquisição
de Portugal da primeira, e segunda
parte destas Rubricas.

L I C E N C A D A

Primeria parte.



Presente o suplicáte o liuro,
de que faz menção aos In-
quisidores de Coibra, e elles
elegerão húa pessoa de con-
fiança, que o reueja por parte
do sancto Officio: E visto por elle enuiará
seu parecer a esta mesa, cerrado, e cellado
pera se ver. E com isso se dara despacho. Em
Lisboa a. 27. Outubro de. 87.

Jorge Sarraõ.

Antonio de Mendoça.

O Dito liuro foi per mim recuisto, e não me
parece, que tem cousa contra Fidem Ca-
tholicam, aut bones mores.

F. Luys de Souto Mayor.



Ista a informaçā acima
podesse imprimir este li-
uro, e depois de impresso
tornaraa a esta mesa cō o
proprio original cō certi-
dão do padre Frei Luis de Souto Ma-
yor, como estão conformes , e se lhe
daraa licēça pera correr. Em Lisboa,
a. 9.de Feuereiro, de. 1588.

Paulo Afonso.

Antonio de Mendoza.

L I C E N C A D A segunda parte.



Padre frei Luys de Souto Mayor po-
dera ver esta segunda parte deste liuro,
e vista a enuiara a esta mesa , com seu
parecer, pera se dar despacho. Em Lis-
boa.14.de Junho, de. 88.

Jorge Sarrão.

Antonio de Mendoza.

O Dito liuro foi per mim visto, e não me pa-
rece, que tem cousa contra Fidem Catho-
licam, aut bones mores.



Iesta informaçō, podesse impri-
mir este liuro , e depois de im-
presso tornaraa a esta mesa, com
o proprio original, pera se cōfe-
rir com elle, e se lhe dar licēça pera correr.
Em Lisboa.xj.de Outubro de.88.

Jorge Sarrão.

Antonio de Mendoza.

LI.

* 4 P R I-

P R I V I L E G I O de Portugal.



V el Rey faço faber a os que este aluara virem, que auēdo respeito a o q̄ na petiçāo atras escrita diz Pedro Afonso de Vasconcelos Bacharel canonista na Vniuersidade de Coimbra,e por lhe fazer merce , ei por bem,e me praz,que por tempo de dez annos, imprimidor , nē liureiro algū , nē outra pessoa de qualquer calidade,que seja nāo possa imprimir,nē vender em todos meus Reynos,e senhorios de Portugal,nē trazer defora delles as duas partes,sobre as Rubricas das Decretais,quē se intitulaō de Armonia Rubricarum iuris Canonici,q̄ elle compos, e quer imprimir,saluo aquelles liureiros,e peſoas, que pera isso tiuerem seu poder,e licençā , e qualquer liureiro,imprimidor,ou pessoa, que durādo odito tempo,imprimir,ou vender odito liuro nos ditos meus Reynos, ou senhorios, ou os trouxer de fora delles sem licençā do,dito Pedro Afonso de Vasconcelos perdera pera elle todos os volumes,que assivender,imprimir,outrouxer de fora: e alem disso emicorrera em penna de cincoenta cruzados,a metade pera minha Camara , e aoutra a metade

a metade,pera quem o accusar. E mando a todas minhas justiças a quē o conhecimento disto pertencer, que cumpraō,e guardem este meu aluara, como nelle se contem,o qualei por bem, q̄ valha, tenhaforça,e vigor,como se fosse carta per mi assinada , e passada pella chancelleria sem embargo da Ordenaçāo do segundo liuro titulo vinte, que diz,q̄ as couſas cujo eſſeito ouuer de durar mais de hū anno paſſem per cartas,e paſſando per aluaraſ nāo valhaō . E vallera outroſi posto que nāo paſſe pella Chancelleria sem embargo da ordenaçāo em contrario . Ioaō da Gama o fez em Madrid a.3.de Nouembro de M. D.XC. Esteuāo da Gama o fez escreuer.

R E Y.

* 5 Por

EL REY.

Por quanto por parte de vos el Licenciado Pedro Afonso de Vasconcelos nos fue fecha relacion, que vos auia desçopuesto dos libros intitulados, *De Armonia Rubricarum Iuris Canonici prima, & secunda pars*, y nos suplicastes os diessemos licencia para los poder imprimir, y priuilegio por veinte años, o como la nuestra merced fuese: lo qual visto por los del nuestro Cōsejo, y como por su mandado se hizieren las diligencias, q̄ la prematica por nos fecha sobre la impresiō de los libros dispone, fue acordado, q̄ deviamos de mādar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razō, y nos tuvimos lo por bien, y por la presente por os hañer biē, y merced, os damos licencia y facultad, para q̄ por tiēpo de diez años primeros siguiētes, que corrē, y se cuentā desde el dia de la fecha desta nuestra cedula, podais imprimir los dichos libros, que de suyo se hazemencio, por los originales, q̄ en el nuestro Consejo se vierō, que van rubricados, y firmados al fin dellos de Pedro capata del Marmol nuestro escriuano de camara, delos q̄ residen en el nuestro Censejo, con q̄ antes que

q̄ se vēdan los traigais ante ellos juntamente cō los originales, para q̄ se vea si la dicha impresiō esta conforme a ellos, y traigais sce en publica forma, como por corretor nōbrado por nuestro mandado se vio, y corrigio la dicha impresiō por los originales. Y mādamos al impressor que assi imprimiere los dichos libros, no imprima el principio y primer pliego dellos, ni entregue mas de un solo libro, cō el original al autor o persona, a cuya costa le imprimiere, ni a otra alguna, para efecto dela dicha correcciō, y tassa, hasta que antes, y primero el dicho libro este corregido, y tassa dopor los del nuestro Cōsejo, y estādo hecho, y no de otra manera, pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego, en el qual seguidamente pōga esta nuestra licencia y priuilegio, y la aprouacion, tassa y erratas, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica, y leyes de nuestros Reynos. Y mādamos q̄ durante el dicho tiēpo persona alguna sin vuestra licencia no los pueda imprimir, ni vender, so pena, q̄ el q̄ lo imprimiere, aya perdido, y pierda todos, y qualesquier libros, moldes, y aparejos, q̄ de los dichos libros tuviere, y mas incurra en pena de

cincuenta mil maravedis por cada vez, que lo contrario hiziere: la qual dicha pena sea la tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la persona q̄ lo denunciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara. Y mandamos a los del nuestro Cōsejo Presidētes, y Oydores de las nuestras audiēcias, Alcaldes, alguaziles de la nuestra casa, corte, chācillerias, y a todos los Corregidores, Asistente, gouernadores, alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes, y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros reynos y señorios, así a los q̄ agora son, como a los q̄ sera de aqui adelante, os guardé, y cū plan esta nuestra cedula y merced, q̄ así vos hallemos, y cōtra el tener, y forma della, y de lo enella cōtenido, no vayan, ni passem, ni cōsientan yr, ni passar en manera alguna, so pena de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Fecha en S. Lorenzo a. xiiij. días del mes de Oubre, de mil y quinientos y noventa años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iuan Vazquez.

THEOTONIO
ARCHIEPISCOPO
Elborensi Petrus Alfonsus
de Vasconcelos
S.P.D.



V. M de visendis Apo-
stolorū liminibus Con-
stitutio, Ecclesiæq; ma-
gruissima negotia te
Madritum adduxi-
sent, ut sedis Apostoli-
cæ obedientiæ rebus om-
nibus anteferres, Et Ec-
clesiam tuam, qua tibi nihil charius, innumeris
afflictam litibus tandem in pace constitueres:
Unum, Et alterum libellum, quem quatuor, Et
tribus abhinc annis de Harmonia mea com-
paueram, alterum typis editum, alterum manu
scriptum mecum attuli, ut Madriti, vel Roma
utroq; in lucem prodeunte, qua semper essent
mea vel in itinere ipso cura, manifestius osten-
deretur. Postquam enim Conimbrica in Ec-
clesiam tuam excesi, illud animo induxi, non

A

Aca-

²
Academiam me deseruisse, sed in aliam longè nobiliorem, in domum nempe tuam perfectionis, & doctrinæ ludum pede intulisse, ubi & interrupta literarum studia continuare, & humana rerum contemptui totius sapientia carminis studere possem. Quid enim nudi parietes, quid modica supellex, quid mensa tenuis inter et aploßimos redditus, quid inter Reges proauos regi sanguinis obliuio, inter gloriosum Bragatia nomen gloriosi nominis contemptus imprimeret animo meo honores, nomen, gloriam iuuenerit ambienti? Rubricas ergo meas non poëtarum carminibus, non longè repetitis prefationibus, sed suotantum nomine ornare volui, ut meas omnes laudes, si mihi laudes villa inesse possunt, non à vanis fama rumoribus, sed à te ipso pateat deriuari, qui innato tibi iudicio, plurimisq; & grauißimis rebus experto non cessas unquam desidem, atq; ignavum animū meum, non rude ingenium, non imperitam adolescētiā singulishoris expolire. Madriti xvij. Kal. Decembris anno M. D. XC.

R V.

R V B R I C A E,
Q V A E I N H O C
opere continentur.



E summa Trinitate, & fide Catholica, fol. 5.

De cōstitutionibus, fol. 34.

De Rescriptis, fol. 42.

De Consuetudine, fol. 50.

De Postulatione prælatorū, fol. 61.

De electione, fol. 65.

De translatione Episcopi, fol. 72.

De Autoritate, & vsu Pallij, fol. 83.

De Renuntiatione, fol. 103.

De Supplenda negligentia Prælatorum, fol. 122.

De Tēporibus ordinationū, fol. 131.

De Scrutinio in ordine faciendo, fol. 140.

De Ordinatis ab Episcopo, fol. 144.

A 2 De

4

De Ætate, & qualitate, fol. 148.

De Sacra iunctione, fol. 155.

De Sacramentis non iterandis, fol.

171. *de Religione et Mores*

De Filijs Presbyterorum, fol. 189.

De Seruis non ordinandis, fol. 212.

De Obligatis ad ratiocinia, fol. 234.

De Corpore vitiatis, fol. 241.

De Bigamis, fol. 248.

De Clericis peregrinis, fol. 259.

De Officio Archidiaconi, fol. 267.

De Officio Archipresbyteri, folio.

273.

D E

5

DE HARMONIA RUBRICARVM Iuris Canonici.

P R I M A P A R S.

Ad rubricam de summa Trinitate, & fide Catholica.



Emper ego auditor tanū, nunquam reponam.
Liceat enim eodem carmine vos affari modo, quo olim Philippus noster Salmanticæ auditores affatus dicitur. Cum namq; rostra hæc omnia iam diu sonent vocibus eorum, qui sunt simul nobiscum iurisperitiā professi, haud inepte videri poterat nos silentij symbolum suscepisse, qui non solum non auderemus loqui, sed vicinis quoque canentibus taceremus. Qua de re interrogatus à quodam me mini illud Platonis respondisse, qui Philedono cuidam eum obiurganti, quod non minus in discendo, quam in docendo studiosus, ac sedulus esset, &, quoad discipulus esse vellet, percontanti, quoad, inquit, meliorem, atque peritiorem esse me non poenitebit. Nam, quemadmodum nulla ætas sera est ad discendum, vt ex Theologis, Iurisconsultis, & Philosophis, Augustino, Pomponio, & Seneca docet gloss. in cap. vlt. 38. dist. & ultra Rotherodamum, & Ciceronem citatum ab additione marginali in l. apud Iulianum. 20. ff. fideicommissarijs libertatibus, notauimus aliquando iurisperitorum libris operam dantes ex Card. Hostiensē in proœmio summæ. num. 1. & ad huma-

A 3 nieres

UNIVERSITATIS
LIBRARIA

6 De sum. Trinit. & fide Cathol.

niores literas diuerentes ex Cælio Rhodigino lectionū antiquarum lib. i r. cap. 26. & dum in diuinis sacræ paginæ monumentis versaremur, ex Ecclesiastico cap. 6. ibi, fili à iuuentute tua excipe doctrinam, & vsq; ad canos inuenies sapientiam: quemadmodum inquit nulla ætas sera est ad descendū, ita nulla, nisi sera, apta, & nata est ad docendū, vel docente Hieronymo in cap. sic videt, ibi, multò tempore disce, quę postmodum doceas. 16. quæst. 1. Verum, vt Academiae institutis satisfaciamus, rumpendum silentium est, & quæ silentij tempore moliti sumus, in medium proferenda. Atque, utiā labor hic noster fecundis procedar alib; fieri enim, vt ista, & similia missantes, valerudinemq; cum somno computantes, dies noctesq; Pliniānum in morem sapientiæ studio impendamus. Nec nouus in nobis hic est animus ab eo iam dudum tempore conceptus, quo in capicum iam dudum de præbend. Lectionem elaborauimus pene extemporanè, quam nulla ope, nullis testibus clauso hospitiola, sed nō clavis Pontificum, & iurisconsultorum libris intra trium horarum spatiū chartis simul, & memorie trahauimus. Nunc Rubricarum Iuris Canonici Harmonia me vocat, quam meis humeris fortasse imparem suscipere prouinciam non dubitavi, ne, si in una tantū ex illis, vt fieri solet, his sex mensibus immorarē, & tedium auditores afficerem, & dispersam, latèq; diffusam iurisperitiæ scientiam in illius angulo pedem sistens vlo unquam tempore penetrandi conceptam vel à primis studiorum meorum incunabulis spem, & confidentiam amitterem.

1. Rubricarum materiam explicanti, vt optimus seruetur ordo, primò occurrit dicere, quid sit rubrica, quosque in iure esse stus habeat. Scire enim, quid facias, & nescire, quo facias

De sum. Trinit. & fide Cathol.

7

facias ordine, non perfectæ cognitionis est, vt ex Ambro-
fio à doctori p̄tis relato in Pandectarum procēdīo, relatis à Chassan, in procēdīo catalogi ad fin. & ex multis alijs adnotauit Philippus noster in illa tam celebri, quam male fortunata repetitione, scindite corda vestra; post prin-
cipiū, Nosq; etiam didicimus ex optimo Rhetorices præ-
ceptore, quem quidā ex poëtis Romanæ togæ gloriam vo-
cat: lib. enīm. 7. c. 1. post multa, quæ de ordine eloquitur,
nec, mihi, inquit, videatur errare, qui ipsam rerum naturam
stare ordine putant, quo cōfuso peritura sint omnia. Neq;
prætermittendus Boëtius vir soluta oratione Ciceroni,
ipſi Virgilio ligata proximus, lib. de Consolatione philo-
sophi. 2. metrousextō, & lib. D. Thom: interpres: Philo Iu-
dæus in diuinis, atque humanis literis peritissimus, & tro-
pologici, & allegorici sacræ Scripturæ sensus accerrimus
indagator, in opusculo de creatione principis, Chassan. vbi
suprā vers. qua propter, &c. 1. part. consid. 77. 3. part. consid.
5. vers. & vt dicit, & cōsid. 6. vers. Pharaō, parte deniq; 1. 12.
consid. 3. Quiniquid is est ordo, vt neque eius laus ab inordi-
nato Accursio sit omissa, quem docet esse obseruandum in
l. Nequidquam. 5. obseruare verb. ordo. ff. de officio procō-
fusilis. Consulū itaq; Grammaticos, consulū iurisperitos:
grammaticis etiam sua apud nos est autoritas. Nam teste
Quintiliano, quem proximè citauimus, nemo in maioribus
eminet, quem minora deficiant.

2. Rubrica, vt autor est Ambrosius Calepinus, quem Ro-
manæ linguae armarium vocare possumus, maiori fortasse
iure, quam Tiraquellus, qui legalis scientiæ armarium Bartolom̄ vocat in suis illis legibus connubialib; illum do-
ctrinæ orbem, quem Græci encyclopædiam vocant, ma-
xime continentibus: est, inquam, Rubrica terra rubri

A 4 coloris,

coloris, qua fabri materiarum lineas ducunt, ut colligitur ex Columella à Calepino citato, & legimus aliquando apud Plinium, quem possumus naturae Bibliothecam non immemorè appellare, lib. historiæ naturalis, si bene memini. 35. cap. 6. minio proxima, & quæ alio nomine sinopis dicitur. Quoniam vero librorum indices, & capita, terra hac rubra, seu minio notabantur, effectum est, ut per metonymiam Rubrica pro ipsis librorum, seu legum titulis acciperetur, quemadmodum purpura pro rege accipitur ea de causa, quia regum est insigne, ut patet ex poëta Georg. lib. 2.

Non illum populi fasces, non purpura regum

Flexit:

Ex Imperatore. C. de vestibus oloberis lib. 11. per totum, & l. fi. C. qui militare non possunt, lib. 12. Sicut chlamys insigne est militum, stola sacerdotum, toga aduocatorum, habitus rusticorum, cuculla monachorum, gloss. verb. fibulis. C. nulli licere in frænis lib. 11. in l. vnic.

3. Hinc per iocū dici potest, & quidē verè, nō habere Rubricas Codices illos, qui legū titulos, ut sæpè solet, nō præferunt rubricatos, ut interim verbo sacrè Scripturæ familiari vtar Exod. c. 25. 26. 35. 36. 39. quo etiā vtitur doctissimus Pithœus lib. 1. aduersarioꝝ successiorum. c. 16. quo loco inquit calciamentum Imperatoris, quod apud Capitolinum Cäpagus regius dicitur, ex rubricatis constare pelibus. Habemus huius rei testimoniū Satyricum Iuuenalem Satyra. 14.

Per lege rubras

Maiorum leges:

Et Persium Satyra. 5.

*Cur mihi non liceat, inßit. quodcumq; voluntas,
Excepto, sequid Masuri Rubrica detinet?*

Masuri

Masuri Rubricam pro lege posuit: Masurius enim nobilis fuit Iurisconsultus, cuius mentionem facit Aulus Gellius in suis illis noctibus, quas maximè candidas Politianus vocat: Facit quoque Pomponius in l. 2. ff. de origine iuris ad fin. Sed quoniam in hunc Persij versiculum incidimus, obiter attendendum est non esse statim licitum omnne illud, quod per legem non prohibetur. Multa enim permittuntur, quæ potissima est legis virtus, Modestinus in l. legis virtus. 7. ff. de legibus, Chrysostomus in cap. hac ratione. 31. quæst. 1. cap. duo mala, cap. nerui antè fin. 13. dist. quæ tamen nec licent, nec sine peccato fiunt. Lupanaria tolerantur. c. inter opera, de sponsal. deceptis intra dimidiā non succurritur. l. 2. C. de rescindenda, & alia id genus. Licet enim, qui secundum legem approbantem, seu præcipientem aliquid facit, iustè quidem faciat tamen iure poli, quām iure fori (ut usurpem Bernardi verba in cap. quæ in Ecclesiarum verb. constituerunt, de Constitut. quæ ille prius usurpauit ex August. in ferm. 52. ad fratres Eremi, refertur in cap. vltim. 17. quæst. 4.) quemadmodum probatur in l. iuste. ff. adquirend. possessione. l. is, qui agri mēsorem. C. de Siccarijs, philosophus lib. 5. Ethic. cap. 1. & 2. Seneca lib. 6. & 9. declamationum, quos refert, multas aliorum autoritates congerens. l. 9. connubiali in principio, literarum ille porcus, quem suprà citauimus, Tiraquellus, quo nomine Varronem quidam appellabat Grammaticus, ut est apud Pieriu: licet inquam, qui secundum legem approbantem, seu præcipientem facit, iustè quidem faciat: tamen, qui iuxta legis permissionem operatur, iure fori nec punietur, nec à malo permisso cogetur recedere, iure tamen poli & malum committet, & de malo commisso poenas dabit: gloss. in cap. inter hæc. 33 q. 2.

A 5

Liceat

Liceat ergo poëtae, quidquid leges non veterūt: nobis pro lege sit illud tantum licere, quod honestum est. Utitur Rubrica verbo idem Pers. Satyra. 1.

Non secus, ac si oculo rubricam dirigit uno.

Hinc puto vulgarem poëtam lib. 1. Elegia. 1. detristibus librum suum alloquentem;

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur,

Dicturum fuisse potius Rubrica, quam minio, si carminis mensura pateretur. Nullius vero aures poëtarum testimonia offendant, quibus saepè suas ipsi etiam Iurisconsulti, ipsiq; Pontifices leges decorant, quorum nos multa confessimus in nostris vtriusq; iuris Miscellaneis, quæ Macrobij exemplo in proœmio libri. 1. Saturnaliorum, indistinctè, atque promiscue ad memoriae subsidium annotamus, ex quibus aliqua, licet non omnia, legitimus postea apud Chaffan. in Catalog. part. 10. consid. 45. vers. quin etiam. Hæc de Rubricæ nomine, dummodo illud indistinctum non relinquamus, quod ex alijs scribit Chaffan. dict. loco. 1. part. consid. 6. triumphantes nempè habuisse Louis insignia, faciemq; è rubrica illinire solitos, vt ætherei esset coloris. Videamus modo, quos Rubrica in vtroq; iure effectus habeat.

4 Auriga noster Panormitanus in proœmio Rex pacificus. num. 2. Rubricas authenticas esse dicit, & tanquam leges citari posse, vbi Additio verb. Rubricas, maximam laudat doctorum turbam, qui hac in re Abbatem sequuntur, illum tamen intelligentes in Rubricis, quæ orationem perfectam continent, qualis est Rubrica, vt lite pendente aliquid non innouetur, vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, nemini licere signum Saluatoris Christi humi, vel in silice, vel in marmore, aut insculpere, aut pingere,

pingere, & similia: Quod etiam probat gloss. 1. in cap. hæc autem de pœnit. distinct. 1. glossi similis in proœm. lib. sexti. verb. titulis, glossi in Rubrica, vt lite pendente, Joannes Andreas receptus in Additionibus ad speculatorum. 2. part. titulo de disputat. §. vlt. in fin. Pauinus de potestate capituli. 1. part. quæst. 1. num. 1. & commune in esse sententiam attestatur Ias. in Rubrica instit. de actionib. col.

3. Michael Graffus lib. 1. receptarum verb. statutū. q. 1. re-latus. 3. tomo communī pag. 61. Philippus Decius in Rubrica de constitut. 1. lectura nu. 50. Habet igitur Rubrica vim legis, & quemadmodum pro lege sumitur, vt superius probauimus, ita etiam pro lege allegatur, vt ex tot, tantisque viris & Additio ad Abb. alias quoque quæstiones excitans vbi suprà latè colligit, & nos etiam, dum variæ iurisperitorū lectioi incubimus, magna ex parte collegimus.

5 Quoniam vero summis iam, vt dicitur, labijs, quid sit Rubrica, quidque in iure possit, attigimus: Ad primam Decretalium Rubricam, ad illam inquam, quæ de summa Trinitate, & fide catholica inscribitur, deuenientū nobis est. Sed, cum huius Rubricæ explicatio ex arcano sacrosanctæ Theologiae fonte petenda sit, ante omnia percontari liber, vtrum ius Canonicum aliquam cum Theologia communionem, & affinitatem habeat, debeatque Iuri Canonico, inuigilans profundum summæ Trinitatis mysterium, quemadmodum & Theologus, perscrutari.

6 Et, vt rem multis ignotam altius repetamus, sciendum est Canonicum ius quadringentos per annos in Romana politia fuisse cum iure ciuili coniunctum, sicuti de coniunctione constat ex. l. Iustitia. ff. de Iustitia, & iure, ibi, diuinarum. 1. Canonistarum, patetque ex principio instit. eodem, vbi eadem verba repetuntur. Quæ tamen

Accursius, quem Iodocus in exegesi subhastitutionum audit uberrimum iuris ciuilis appellare fontem, dictis locis verb. diuinorum, & verb. notitia, tā male percepit, vt uno quoque verbo lapsus fuerit, vt videre est apud Budæum in l. 1. ff. Iustitia, & iure fol. mihi. 3. Nec illud eiusdem Accursij tolerandum est. d. verb. diuinorum: Diuinorum, inquit ille, vt C. de summa Trinitate, & fide catholica, &c. quasi Vlpianus summæ Trinitatis cognitionem professus fuerit, qui magister Scrinij Alexandri principis fuit, & à catholica religione longè alienus, vt de alio agens eiusdem Accursij errore benè probat idem Bud. in dist. 1. & nos ex Symphonia iuris, & alijs latiū adnotamus in nostro Verriculo glossarum, quod tenue adhuc, & exile aliquando iuuante domino ad iustum commentarij volumen perducemus. AEthnici nanque suos quoque pontifices, suam pontificiam disciplinam habebant, suam religionem, suosque canones ad illam spectantes, vt constat ex titulo de religiosis, & sumptibus funerum, & similibus, & ex Chassan. in catalogo. 4. part. confid. 53. adducta l. 1. §. religionis causa. ff. collegijs illicitis. Hæc apud AEthnicos. Apud Catholicos verò Canonicum ius usque ad Constantini tempora cum Theologia coniunctum fuit, ijdemque prorsus erant Theologi, & Canonistæ. Neque verò tunc excitari poterat illa quæstio, quam mouet Philippus Decius in capit. Ne innitaris numero. 11. de Constitutio. quibus sit nempè magis adhærendum doctoribus Canonum, an Theologis, & quinam sint potius ad episcopatum eligendi. Vnde Cancellerius Parisiensis in opusculo de recommendatione licenciandorum in decretis. 2. parte fuorum operum conclusione. 10. cæcam sine theologia subsidijs iuris esse peritiā ait, canonef-

canonesq; nihil aliud esse, quam conclusiones ex Euangeliō, aut libris Theologicis deductas: quod videtur sensisse Concilium Toletanum relatum in cap. ignorantia. 38. distinct. vbi, postquam dicit, Sacerdotes legere sanctas admonentur scripturas, statim addit, sciant ergo sacerdotes sanctas scripturas, & canones, quasi canones à sacris scripturis deriuuntur, & ab illis non distinguantur. Postquam autem sacri Pontifices non iam virtutibus tantummodo, quemadmodum olim sacerdotes iuxta Aeneas Sylvij sententiam, sed opibus quoq;, & potentia diuites, tribunalia, & iurisdictionē habuerunt, quod contigit fortunatis Constantini temporibus, diuortium fecerunt ius Canonicum, & Theologia, vtinam fecissent nunquam, & sicuti antea sine Theologia ius Canonicum incedere non poterat, sic deinde sine iuris ciuilis auxilio in publicum prodire nequit. Inde natum est illud vulgare, iuris Canonici sanctitas iuris Ciuilis subtilitate decoratur. Inde illud: quemadmodū ex philosophia, & medicina fit perfectus medicus, ita ex legibus, & Canonibus fit perfectus iurista, quæ cum multis alijs accumulat Palat. Rub. in rubrica de donat. int. virum & vxorem fol. 2. Inde Romanus, si benè memini, in suis singularibus ausus est dicere, lex sine canone parum, canon sine lege nihil: quæ quidē omnia expendenda sunt ad celebratum cap. 1. de noui operis nuntiatione. c. 1. c. in audiutorium. 10. dist. 7. Propter hanc coniunctionem, quam Ius Canonicum cum Theologia à felicissimis nascentis Ecclesiæ temporibus contraxit, ius diuinum à nostris adhuc Pontificibus appellatur, vt in cap. cum de diuersis de priuileg. lib. 6. cap. celebritatem. de consecratione distinct. 3. cap. violatores. 25. q. 1. docet pract. cap. 31. num. 1. vers. Tertia, Toletanus

Cœurr.

14. *De sum. Trinit. & fide Cathol.*

Couarr; recentioris quidem ætatis, sed quem possumus non immerito multis antiquioribus non æquate solum, vt de Francisco Ripa ait Tiraquel. de cessante causa. 1. part. num. 109. sed, liuor licet audiat, anteponere. Nec id à nostris Pontificibus impropriè, & lato modo fit, vt ille existimat, sed propriè, & stricto, vt ex Gersone cōprobauimus. Frustrà igitur tempus terunt doctores nostri, dum querunt, vt videre est per Dec. in c. 1. num. 3. de Constitution. an lex canonica lex diuina dici possit: si enim ius canonicum diuinum dicitur, & lex canonica diuina dicitur, iuxta illud, qui vult antecedens, vult omnia, quæ sequuntur ex illo, habetur in cap. quo iure. 8. distinet.

8. Iuvant non parum nostram hanc, & Cancellarij sententiam adnotaciones, quæ vulgo ex sapientissimis, & religiosissimis Societatis Iesu præceptoribus in vniuersam Logicam circumferuntur: In eis enim, vbi de arte, eiusque diuisionibus agitur, magna pars Iuris Pontificij ad Theologiam reuocatur, ea scilicet, in qua ex ijs, quæ diuina autoritate nituntur, multa decreta sunt cum ad mores, tum ad fidei mysteria pertinentia. Cum enim canones propriè sint constitutiones editæ in concilio generali cap. Nycena synodus. 31. distinet. Archidiac. cum alijs. 3. dist. in summa, Dec. in rubrica de Constitut. col. penult. 2. lectura, Hosten. in procœmio summæ num. 13. & in Concilijs de rebus fidei ut plurimum agatur, rectè infertur ius canonicum theologiae, quæ tota in rebus fidei versatur, maximam, & non contemnendam esse partem. Nec mirum: cum vel de scientia legali idem affirmet Lucas de Penna relatus à Chal. in cathal. part. 10. confid. 22. Nec aliquis nobis vitio vertat, si adnotaciones in logicam proferamus, qui logicam modo ipsam ab Ovo usque ad mala repetere

15. *De sum. Trinit. & fide Cathol.*

repetere constituimus, quod, quoniam in publicis gymna-
sijs propter alia, quibus distinemur, studia, efficere non va-
lens, intra priuatos parietes, & sub priuato præceptore
exordiri conamur, sequuti hac in re multorum antiquorum
exempla, qui ex priuatis scholis in hac quoque Academia
egregij philosophi euaserunt.

9. Cum igitur ius nostrum Canonicum sacrosanctæ Theologiae tam sit affne, imo ipsa aliquando fuerit theologia, mirum non est, si tantos in iure canonico & videamus, & audiamus fuisse illos, qui illud, quantum pote-
rant, ad theologiae fontes reducere conati sunt. Minime
necessæ est exempla nimis antiqua, & obsoleta requirere.
Horum in numero primas obtinens partes tu maximus ille
es, Emmanuel Soares, quem nobis duobus ab hinc annis
iniuncta tulerunt fata, qui primus nuda decreta theologiae
floribus decorasti, vt in publica repetitione maximum illū
Loysium de Castro tuū & in studijs, & in obitu comitem
de te canentem audiui, cuius autoritate illud ex quodam
epigrammate circumfertur distichon:

*Agnoscunt quem cana suum decreta parentem,
Nuda olim, at scriptis florida facta tuis.*

Vtinam tibi sineret immatura mors parere, quem de legi-
bus parturiebas, tractatum: haberemus enim inter bibliothecas iurisperiti librum, cui non solum cum iurisperitis,
quos manu consertos vocare posset, sed cum ipsis etiam
theologis iusto Sacramento contendere liceret. Dijs ali-
ter visum. Nobis verò, quibus semper in animo fuit sacro-
sanctæ theologiae arcana penetrare, quod faxit Deus vt
& aliquando facere possimus, dum Dialecticam, & Philo-
sophiam perdiscere tentamus, ne in præclarissimo Theo-
logiæ studio omni ex parte asymboli simus, propositum
est

16 *De sum. Trinit. & fide Cathol.*

est Scripturæ sacræ lectioni, quidquid temporis, per Pontifices, & Iurisconsultos licuerit, impertire, quod & iam anno præterito felicibus auspicijs inchoauimus, sub eo præceptore stipendia merètes, in quo virtutem cum sapientia, cumq; ambabus nobilitatem, tres potentissimas rerum dominas, contendisse credam.

10 Sed neque Henrici Cardinalis Hostiensis in proœmio summæ num. 11. sententia prætereūda est. Cum enim ius Canonicum primum cum Theologia, deinde cum iure Ciuii cohabitauerit, efficitur certè nostram hanc facultatem nostris iam temporibus non purè theologicam, siue ciuilem, sed vtriq; adhærentem nomen proprium fortitam canonicam appellari, ob quam vtriusq; participationem eam omnibus alijs scientijs anteponit, vt ibi videre est. De excellentia tamen, dignitate, & libiesto vtriusq; facultatis Theologicæ, & Canonice, latè Chassan. in catalog. p. 10. confid. 10. cum sequētib. & confid. 17. cum sequētib.

11 His breuiter constitutis, ad nostram rubricam accedendū est, in qua, quid doctores nostri dixerint, vobis ex promam, quid nos dixerimus, vos videbitis.

12 In primis Panormitanus noster, quem primò non referre loco inter iuris studiosos nefas est, in huius rubricæ explicatione altiora, & profundiora omittens solum exponit, quarè Trinitas summa appelleatur. Innocetius, quem Archidiaconus, cumq; eo reliqui patrem, & organum veritatis appellant, de fide pauca agens de summa Trinitate ne verbum quidem. Dominic. Imol. & multi alij penitus obmutuerunt. Philippus Decius Mediolanensis, cum in Decretales commentaria ederet, & illa quidem absq; dubio doctissima, de hac tamē rubrica nō curauit, ac si ea in tet Decretales nō esset. Vnde Felinus Sandeus Ferrariensis

vir

De sum. Trinit. & fide Cathol.

17

vir alioquin doctissimus, & quē totum quidam Ecclesiasticus nostri temporis iudex se tenere memoria gloriatur, in eodem loco, loco, inquit, summarij diuiditur per doctores, cum quibus in materia ista tacitè transeo, quia sine perfecta Theologia expediri non potest: merito ipsam omitunt. Dominic. & Imol. hīc nolentes mittere falcam in messem alienam, fortasse tam memores s.c. venerabilem. de electione, hoc prohibentis, quam suæ credo professionis obli ti illud eis tanquam proprium iniungentis. Sed quid ego hac in re doctores nostros audeam obiurgare? Imo, si bene expendatur, venia profecto digni sunt. Peruenerunt enim ad supremum fidei mysterium, & ut allegoria Nazianzeni in. 2. oratione de Theologia utramur, peruererunt ad summitatem montis fumantem, & coruscantem, ingressi sunt interiora nubis, penetralia diuinitatis. Nam mysterium hoc Trinitatis solum Deum habet doctorem, & ducem. Vnde D. Dionysius Areopagita. c. 2. de diuinis nominibus vocat eam scientiam ignorationis, & in epist. 5. ad Doctortheum diuinam lucem, diuinam caliginem vocat, Diuina, inquit, caligo est inaccessibile lumen, in quo habitare Deus dicitur, vt ex ipso Dionysio adnotauit præceptor meus, & dominus meus frater Loysius de Soto Maior in Cantic. Cantic. cap. 2. sub illo vers. en ipse stat post partem nostrum respiciens per fenestras, &c. Mitto Ambros. 1. lib. de fide ad Gratian. c. 5. nunc est, inquit, mihi impossible generationis scire mysterium, mens refugit, vox silet, non mea tātum, sed angelorum. Quod etiam ultra doctores Theologos, Philosophorum, Prophetarum, & Poëtarum testimonio facillimum est comprobare. Nec enim ea tantum de Deo sententia apud Catholicos habetur autores, cum veteres iam philosophi huius rei tantam esse

B

cum

18 *De sum. Trinitate, & fide Cathol.*

cum obscuritate coniunctam maiestatem præsenserint, vi-
scientiam hanc non humano ingenio posse capi, sed diui-
no subiacere nutui existimarent. Ex philosophis igitur in
hanc rem celebre est illud Simonidis testimonium, quod
ex Ciceronis de natura deorum libris, & ex multis alijs
nos obiter attulimus in eo libello, quem quatuor fermè
ab hinc annis misimus ad Beatricē ducis Villareēsis filiam
in obitu Georgij fratris. Interrogatus enim ab Hierone
Siciliæ tyranno philosophus Simonides, quid, qualisue
effet Deus, deliberandi causa sibi diem postulauit, cum
que iterum ea de re effet inquisitus, biduum petivit, cum
que dierum numerum sæpius duplicaret, admiratus Hie-
ro quæsse fertur, cur ita faceret: quia, inquit, quanto diu-
tius cogito; tanto obscurior res videtur. Ex prophetis no-
bilissimum habemus Esaiam. c. 45. Verè tu es Deus abscon-
ditus, quæ verba, licet Eusebius Cæsariensis lib. 5. demon-
strationis euangelicæ. cap. 4. & cū eo plæriq; veteres Theo-
logi de Deo secundum rationem humanitatis interpre-
tentur, quis negabit de ipso Deo secundum rationem diu-
nitatis fore quoque intelligenda? Ex poëtis nostrum habe-
mus Lusitanum Lusyadum. 10. vbi de cælestis globi des-
criptione agit, quem citare non auderem, ni à Philippo
nostro in libris de disciplina militari citaretur. Nec ex phi-
losophis omittendus est Maximus Tyrius ex Platonico-
rum Scholis, in cuius sermonibus dum aliquando versa-
remur, multa didicimus, quæ ad eruditionem, moresq; in-
stituendos non parum conferunt. Is primum sermonem
sic inscribit, quid sit Deus: Illum verò cum diligenter euol-
ueremus, multò minus, quam anteā, quid effet Deus, af-
sequuti sumus. Hæc omnia, quæ summatum attigimus,
doctores nostros ab eo silentio, quo in huius Rubricæ

expli-

19 *De sum. Trinitatē, & fide Cathol.*

explicatione vñi sunt, absoluere videri possent, nī Iusti-
nus martyr in expositione fidei eos non parum condem-
naret. Nec ideo, inquit, quia omnino comprehendendi non
potest Deus, idcirco de eo planè negligenter quærēdum
est, consumendumq; omne vitæ tempus in otio, sed vni-
cuiq; pro eo captu, qui ei à domino concessus est, studio-
sè, ac diligenter exquirenda, comparandaq; est scientia
in tantum, vt eum certò comprehendendi nō posse nobis per-
suadeamus. Imò verò, vt inquit Dionys. cap. 3. de diuinis
nominibus in fin. ipse diuinatum rerum optima præscri-
ptio, quæ ea, quæ suprà nos sunt, ne curiosius inquiramus,
vetat, ea omnia, quæ nobis permitta, & concessa sunt, tum
diligenter discere iubet, tum benignè cum alijs commu-
nicare. Autores, qui de hac materia agunt, sunt omnes
ferè doctores sacri antiqui: Nam vel disputant contra Ar-
rium, cuius hæresis in Nycono Concilio sub Syluestro. 1.
& Constantino Magno damnata est, & ita agunt de pro-
cessione filij, vel contra Eunomium, à quo AEtiani Eu-
nomiani vocantur, de quo historia Tripartita lib. 5. cap.
13. & ita agunt de processione Spiritus sancti, de quibus,
alijsq; hæreticis latè agit cap. quidam. 24. quæst. 3. Tracta-
tus verò de Trinitate spæciales composuerūt Athanasius,
Hilarius, Syrillus, Ambrosius, Augustinus. Doctores scho-
lastici in. 1. sententiarum distinct. 2. & sequentibus. Et om-
nium nouissimus frater Fræscus de Christo ordinis Ere-
mitarum diui Augustini, quem præceptorem, senemq; fe-
licitissimum, vt iuuentuti nostræ exemplo esset, vidimus
prius ipsam vitam, quam palæstram literariam omitten-
tem, cuiusq; famam, eamq; clarissimam per omnium ora
volitatem, ad omnemq; posteritatem perdurantem vi-
deimus.

13. Iam primum omnium satis constat, quām rectē Pontifex Gregorius à rubrica de summa Trinitate, & fide Catholicæ huius libri, quem Hostiensis in proœmio summæ, quia quinq; continet, Pentateucum existimat denominari posse, exordium inchoauerit. Non enim latuerat Gregorius. IX. sententia illa Gregorij. I. non solum ob moralia commendati, vt ait glof. in cap. vt veterū verb. Græci 9. distinct. sed ob egregium Ecclesiæ Catholicæ regimen magni cognomen adepti: tunc, inquit Gregorius, fabrica robusta construitur, cum prius locus solidus, in quo ponit fundamentum debeat, prouidetur. Cum enim principium rectum compar semper cōsequatur finis, vt tragicis cothurni princeps Sophocles tradit, & cuiusq; rei potissima pars principium sit, vt ait Iurisconsultus in l. i. ff. de origine iuris, ab eo, qui in Apocalypsi Ioannis vocatur Alpha, & Omega, principium summus Pontifex sumere debuerat, & ad hoc reducuntur ferè omnes rationes doctorum, quibus mentem Pontificis in huius Rubricæ constitutione exponunt, vt videre est per Abb. Hostiēs. Cardin. & reliquos hīc. Deo nanq; omnia tanquam domino subiiciuntur, & ad eum tanquam finem referuntur. Hinc Theologia cæteras sibi scientias subalternare dicitur, quia Deum cōcernit sub ratione Deitatis, sub cuius fine continentur fines alijs scientijs propositi, vt concludit frater Franciscus. q. 9. in prologum primi sententiarum concl. 3. & hæc vltra glo. in rubricæ continuatione hīc, & C. de summa Trinitate, & in titulo de constitutionibus lib. 6. & alibi passim.

14. Gregorij vestigijs inhærens Bonifat. VIII. & Clemens. V. & Iustinianus Imperator principio suorum operum speciales titulos summę Trinitatis nomine, & luce radiantes in lucem emiserunt. Recteq; omnes de summa

Trini-

Trinitate, & fide catholica adiecerunt, quia, licet in rebus creatis aliquod sit Trinitatis vestigium, vt inferius attingemus, perfectè tamen sacrosanctum hoc, & impenetrabile diuinitatis mysterium, licet viatoribus perfectè nunquam, non, nisi fide prævia tanquam filo dædaleo, percurri potest. Nam, quemadmodum ait episcopus Algarbiensis, quem Christianum Ciceronem vocare possumus, sicuti de Laetantio ait Augustinus lib. 3. de Sapientia in principio, Vitæ nostræ principium fuit illa fides, qua Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum confessi sumus. Nec enim, ne ab ipsius eloquio discedam, satis ad cœlestem lucem fruendam nobis fuit illo die fateri Deum infinita potentia, sapientia, & bonitate præditum, sempiternæ lucis originem, vniuersæ naturæ conditorem, rerum omnium formas in se mirificè continentem, sed fuit etiam necesse, vt in summa naturæ diuinæ simplicitate trium personarum distinctionem nobis esse perpetua prædicatione celebrandam videremus. Hæc ille. Agitur verò de materia nostræ Rubricæ in c. qui episcopus. 23. distinct. c. fin. de consecratione. distinct. 3. c. pen. cap. vlt. de consecratione dist. vlt. Agit & felix illud, & vulgatū Athanasij symbolum, quod aduersus nefanda scelestissimi Arrij dogmata vir sanctissimus diuini numinis radijs illustratus composuit, & modò inter virginis matris officia catholicis omnibus quotidie colendum, & recitandum circunfertur. Habemus etiā confessionem concilij Syrmiensis sub Constantio imperatore, & Iulio pont. de quo historia Tripartita lib. 5. c. 3. & multa alia, quæ omitto.

15. Sunt sub hac nostra rubrica. c. firmiter, & .c. damnamus, quæ composita fuerunt in concilio Lateranensi Maximo sub Innocentio. II. celebrato, anno salutis. 1215.

B 3

cui

22 De sum. Trinitate, & fide Cathol.

cui interfuit Hierosolymitanus, & Constantinopolitanus Patriarcha, Metropolitani.70. Episcopi.400. Abbates. 124. Piores conuentuales.800. Græci, & Romani imperij legati, Regum verò Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliae, & Cypri oratores, quæ capita referuntur ad verbum per Bartholoméum Carranzam in summa concil. sub aëtis Innoc. III. Caput verò, quod incipit, Fideli, & habetur de summa Trinitate lib. 6. compositum est à Gregorio. X. in Concilio generali Lugdunensi, quod etiam refertur ab eodem inter acta Gregorij. Caput deniq; fidei catholicæ, sub rubrica de summa Trinitate in Clementinis, editum est à Clem. V. in Concilio Viennensi, vt est autor idem Carranza in eius vita, vbi de his, quæ in hoc concilio tractata sunt, suo more summatim agit.

16 Sed hic dent iam Theologi veniam, vt in nostræ Rubricæ gratiam quæstiones aliquas excitemus ad illius ordinatum apprimè necessarias: imò iurisperiti patienter ferant, si ab illorum castris discedentes in Theologorum tentoria configiamus, & sub Magistri, Thomæ, & aliorū vexillis parumper militemus. Erit & suus statim iurisperitis locus, ex his enim scopolis euagantes ad multa quamprimum deueniemus, quæ non nisi ex ipsis legum, & Iurisconsultorum fontibus exhaurienda sunt.

17 Prima igitur occurrit quæstio, vtrum Deus hic, quem trium prædicamus, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, de quo hic, lib. 6. & Clem. & alibi, Vnus tamen Deus sit. Et quoniam, vt inquit Plinius ad Vespasianum, benignum est, & plenum ingenui pudoris fateri, per quos profecesis, maloq; mutuum reddere, quam in furro dprehendi, præceptorem habeo huius quæstionis fratre Franciscum. 1. libr. Magistri. d. 2. quæst. 1. Autoritate, & argumētis

res

De sum. Trinitate, & fide Cathol.

23

res agenda est. Firmiter, inquit Concilium Lateranum, credimus, & simpliciter confitemur, quod vnum solus est verus Deus. Audi Israel, Deutero. cap 6. Dominus Deus vester Deus vnum est. Paul. ad Ephes. 4. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Nec solum Cœcilia catholica, & aiores sacri hanc veritatem profitentur, sed eam etiam veteres theologi solo naturæ lumine illustrati agnouerunt. Empedocles Agrigentinus, Mercurius Trismegistus, Plato, & Aristoteles, in alijs dissentiētes, hac tamē in re vna voce cōfenserunt. Neq; desunt naturales rationes, quibus hoc manifestum fiat. Si enim Deus est finis ultimus, ad quæ omnia referuntur, quis inde non inferat vnum dūtaxat esse Deum? Alioquin, si plures constituamus, aut illi partialiter finalisant, vt ita dicam, vt scilicet hæ res ad hūc Deum, illæ ad alterum referantur: aut quiuis illorum æquè est finis, ad quæ referuntur omnia: si partialiter finalisant, neuter est igitur Deus, vt potè qui non sit finis, ad quem referantur omnia, sin quilibet ex illis ultimus est finis, alter superuacaneus est. Huc usque fratrem Franciscum transcriptissimus eadem quidem sententia, eloquio tamen multum impari. Hebreus verò Philo, qui mihi vnum instar multorum est, in libro de confusione linguarum paucis, sed maturis verbis hanc sententiam confirmat: Illud, inquit,

Multos imperitare malum est, Rex unicus esto,

Non ad ciuitates, & homines magis pertinet, quam mundum, & Deum. Vnus igitur solus est verus Deus, quem confessa est haec tenus, confitetur, & credit Ecclesia Catholica, cuius vna, & singularissima natura communicata est diuersis personis, quarum quilibet etsi sit Deus, non tamē sunt multi Dii, quia Deitas ipsa in illis multis minimè dividitur, aut multiplicatur.

B 4

18 Ad-

24 *De sum. Trinit. & fide Cathol.*

18 Adnotandum tamen obiter est rectè Concilium in nostro cap. firmiter dixisse, vnuſ est: nō est enim alia vox, quæ proprius accedat ad explicandam diuinam naturam iuxta verba Exod. cap. 3. ego sum, qui sum, & iterum, qui est, misit me ad vos. Et cap. 20. in promulgatione decalogi, ego sum dominus Deus tuus, & illud Ioann. in Apocalypsi relatum ab Hieronymo in proœmio cōmentariorū, quos scripsit in Matth. Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est. Quam vocem proprium esse Dei omnipotentis nomen, si Dei nomen aliquod proprium esse potest, satis perspexit meus Philo, diuinæ naturæ scrutator maximus: vbiq; enim Dei mentionem facit, illū non alicui nomine, quam hac voce, Qui est, appellat, vt videre est lib. 2. legis allegoriarum, libr. 1. libr. 3. de vita Mosis, libr. Quod Deus sit immutabilis, &, vt omittam alia eiusdem loca, lib. Quod deterius potiori insidiari soleat, vbi verba illa, ego sum, qui sum, more suo sapienter exponit: Satis etiam perspexit diuus Bernardus clarissimus Clarevallensis Abbas libr. 5. de consideratione, habeturque inter ipsius flores lib. 1. c. 1. Et rectè, cōprehendit enim hoc verbum tam præteritum, quam futurū tēpus, 1. verbū erit, vbi Alciat. ff. de verb. signifi. qua de re videndus quoque Ioannes de Monthelono conciuis, & contemporaneus Chassanæi, quem ille in Cathalogo in vigesimo, & secūdo anno doctoris insignia consequutum gloriatur, in suo Iuris Promptuario verb. est. Explicat optimè Colonense Cōcilium in proœmio præcepti Deum vti hac voce, vbi suā maiestatem vult insinuare. De Deo denique, & de epithetis, quibus in sacra pagina, & à doctoribus sanctis Deus exornatur, euoluendus conciuis, & contemporaneus Mōtheloni in d. Cathalogo. 3. part. consid. 1. verbo
sed

25 *De sum. Trinit. & fide Cathol.*

fed etiam aduertendum est, & latissimè part. 12. à principio.

19 Altera verò quæſtio, quæ exoriri potest, illa est, vtrum mysteriū Trinitatis possit homini naturaliter innotescere. Cui tamen quæſtioni negatiū respōndendum esse. & Augustinus docet, & Gregorius suadet, & Paulus cōuincit. Inuisibilia Dei, inquit Paulus ad Roman. 2. ex ijs, quæ facta sunt, intellecta conspicuntur: at qui ex effectis Dei perspici, & inuestigari non potest diuinitas, vt in tribus personis distinctis existens, non est igitur vnitas diuinæ naturæ in Trinitate personarū naturaliter cognobilis. Augustinus epistola. 3. ad Volusianum de verbo incarnato differens, si ratio, inquit, quæritur, non erit mirabile, si exempla poscuntur, non erit singulare: at in ijs, quæ nobis diuinitus ad credendum sunt proposita, Trinitatis mysterium est longè admirabilius, longèq; rarius, & abijs, quæ sensu percipimus, longè remotius, nulla igitur explanari ratione, nulloque demōstrari exemplo potest. Gregorius homil. 26. in euangēlium, fides, inquit, non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, ex quo efficitur hominem assentiendo articulo Trinitatis, si humana ratione in eius cognitionem deuenire posset, nihil meriti apud Deum acquisiturum, cuius tamen contrarium falsum est, cum Trinitatē in essentiæ vnitate credere maxime sit meritorium, iuxta illud D. Bernard. libr. 5. de considerat. scrutaritemeritas est, credere pietas est. Quapropter rectè inquietebat Aeneas Syllius, cui legitima Piscatoris successio Pij secundi nomen dedit, vt refertur inter apophegmata, quæ ab Ilhescas in eius vita in historia Pontificali recitantur, in sanctissimæ Trinitatis mysterio non quid rationibus prebari possit, sed quid Ecclesia, eiusque caput Christus docuerit,

docuerit, attendendum esse. Redetè etiam D. Bernard. lib. 5. de considerat. quærit, inquit, quis, quomodo hoc possit esse, sufficiat ei tenere sic esse: non hoc rationi perspicuum, sed fidei persuasum. Vnde & meritò noster pontifex de summa Trinitate, & fide catholica Rubricam inscripsit, non, de Deo, & fide catholica: nā inter illa, quæ de Deo fide duce prædicamus, hoc est singulare, & proprium fidei catholicæ, vt Trinitatem in unitate, & unitatem in trinitate veneremur, sicuti ait Athanasius in suo symbolo: alia nanque, quæ de Deo profitemur, nobis, & alijs communia reperiuntur, veluti, quod Deus sit unus, æternus, omnipotens, & similia, quæ etiam Iudæi, & Agareni, Sarracenorum nomen sibi indignè usurpantes, non diffentur. Vnde ad designandum proprium, & singulare fidei Catholicæ dogma, non dixit, de Deo, sed, de Trinitate, vt tangit Cardin. Zabarella h̄c.

20 Sed estò non sit sacrosancta Trinitas homini naturaliter cognobilis, sciscitari libet, utrum in rebus creatis aliquod sit Trinitatis vestigium. Et proculdubio summæ Trinitatis mysterium creatis in rebus elucidere multis ostendit rationibus, quas frater Fræscus vbi supra. d. 3. quæst. 4. doctissimè, & elegantissimè exponit, & nos, qui breuitati studemus sequuti illud vulgare, gaudent breuitate moderni, consultò hoc in loco prætermittimus. Hinc defendipotest Abbatis interpretatio, qui ad differentiam aliarum trinitatum summam h̄c Trinitatem appellari putat, quamvis arrideat magis Hostiensis, qui summam dici arbitratur, quia omnibus rebus maior, & prior est: Nam iuxta Isidor. 10. Ethymologiarum dicitur summa, quasi suprema, quia supereminet: & dicitur Trinitas, quia sunt tres personæ in una essentia, sicut etiam

memo-

memoria, intelligentia, & voluntas sunt tria, & tamen sunt una mens, seu anima humana: ex quibus memoria, vt inquit Chassan. quo loco à nobis sèpius citatur. 5. part. conf. 31. vers. 30. tria lilia, representat patrem, intelligentia filium, voluntas Spiritum sanctum. Hinc refellitur error Sabellij personarum distinctionem auferentis, dicentesque, Patris, Filii, Spiritus sancti unam esse essentiam, unamque personam, solumque differre nominibus. Pungit Card. hic num. 2. habet in d. c. quidam. 24. quæst. 3.

21 Hoc forsitan Trinitatis vestigio ductus diuinus Platon sacram Triadem videtur agnouisse. Nam in epistola scripta ad Dionysium tirannum, iurandum esse putauit per tres, nempe patrem omnium, cuius gratia sunt omnia, & in quo sunt omnia, & per secundum, & tertium: Cumque iuramentum interposito rumine fieri consueuerit, ut potè quod sit assumptio nominis diuini ad confirmandam iurantis fidem, vt ex August. Cicer. multisq; alijs docet Couar. in. c. quamuis pactum. 1. part. in principio, optimè consequitur Platonem censuisse tria esse diuina numina cultu, & pietate dignissima. Nec aliquis obijciat Socratem ad Platonem interdum per Canem iurare solitum potius, quam per Deum, aut diuinam religionem, vt patet ex Gorgia, & notaui ex præceptore meo vbi supra in vers. adiuro vos filiæ Hierusalem. Id etenim faciebat, ne per Deum, aut per numen diuinum temerè iuraret, neq; illud iuramentum dici poterat. Nec enim per aliud, quam per Deum iurare licet, vt constat ex cap. et si Christus, de iure iur. Platonē hac in re sequutus est Plotinus nobilissimus ex ipsius Academia philosophus, quemadmodum autor est Eusebius Pamphylus de præparatione euangelica lib. 11. Subestq; mihi diuinam hanc diuini Platoni sententiam consideranti illud

Augustini

28 De sum. Trinit. & fide Cathol.

Augustini de Ciuitate Dei, qui Platonem ait paucis immutatis Christianum esse. Nec Cœlum omitto multiplex illud antiquarum lectionum opus Platonis encomijs ad coronidem perducentem, satisq; probantem, quam sint illius dogmata à Christi placitis haud dissimilia. Sed nos, qui iuris scientiam profitemur, inter cuius præcepta illud præcipuum recensetur, suum nempè vnicuiq; tribuere. §. iuris præcepta instit. de iustitia, & iure, dum hanc laudem Platonis tribuimus, suam quoq; Mercurio Trismegisto nō auferamus, qui verbis illis celebratissimis, Monas genuit Monadem, & in se suum reflexit ardorem, vnum Patrem, vnum Filium, & vnum vtriusque amorem ardentissimum, qui est Spiritus sanctus, obscurè, sed sapienter significauit. Nec illud hoc in loco prætermiserim, quod refert Cœl. lib. 1. cap. 19. interrogatum Anaxagoram, quam se ob causam natum existimaret, coeli, ac solis videndi causa respondeisse. Quam vocem, vt ille inquit, cum admirarentur philosophi, irrideat Lactantius, rem altius expendens diuinum aliquid præsensisse paucis illis verbis Anaxagoram compieret. Etenim in pereni, ac vitali illa luce, augustissimum Trinitatis mysterium deprehendet facile, qui volubilem illum motum ad Patris potestatem, lucem nitidissimam ad Filij sapientiam, calorem suauissimum ad Spiritus diuini amorem referat. Magnam deniq; ultra alias in hac quæstione partē sibi védicat Chassan. qui in cathalogo. 3. part. confid. 5. per ordinem angelorum, confid. 16. vers. 8. per lapides capiti Iacobi appositos, par. 12. confid. 80. vers. vel etiam, per ipsum solem Trinitatis mysterium designari luculenter explicat.

22 Hæc de summa Trinitate dixisse sufficiat, illa omnia omittens, quæ per tres, & triginta distinctiones frater

Fran-

De sum. Trinit. & fide Cathol.

29

Franciscus, per integrum librum de Sapientia tertium Hieronymus Oforius, vterq; doctissimè, vterque eloquentissimè prosequitur. Ad fidem Catholicam accedamus, de qua Doctores nostri fusiùs, quam de summa Trinitate, disseruerunt.

23 Verbi fidei acceptio varia, & multiplex est: patet apud Lexicon Theologicum verb. fides, apud gloss. Abb. Card. Hostiens. & reliquos hīc. Sed, ne longius diuagemur, fides, prout hic accipitur, definitur ab Apostolo ad Roman. 11. per substantiam rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Hæc Apostoli definitio apta, & perfecta est: ea tamen à nostro Bernardo duobus oppugnatur fundamentis, quibus ille constrictus in eas redactus est angustias, vt perfectissimam Apostoli definitionem, definitionem esse denegauerit. Primum, quo tortus est Bernardus, argumentum illud est, quod hæc definitio non conuenit contra Dialecticorum definitiones, & Iurisconsultum in I. 1. §. dolo. ff. de dolo. Ait enim etiam spem esse substantiā sperandarum rerum. Secundum argumentum est, quod fides comprehendit præterita, præsentia, & futura; Credimus enim, & constanter credimus Christum fuisse natum, & passum, credimus etiam ipsum esse in sanctissimo Eucharistiae Sacramēto: definitio autem Apostoli de futuris tantum loquitur, ibi rerum sperandarum. Hæc sunt argumenta Bernardi. Abb. in præsenti. Cardin. Hostiens. & alij, Pauli tuerunt definitionem: quibus nos partim adhērendo, partim aliquid addendo, definitionem dignam Apostolo, & dignam doctore gentium ostendemus. Ille est enim Apostolus Paulus, quem nunquam de manibus deponeremus, quod sibi, postquam semel Horatium legerit, contigisse fatetur

fatetur Erasmus in Ciceroniano, si arcanos, & absconditos eius sensus penetrare, & intropicere possemus. Vnde memini me audisse à Bartholoméo Philippo sene omniū doctissimo, cuius domū omnibus literarū studiosis semper patientem velut literarum oraculum adire soleo, tria P, propter sui obscuritatem ab Academijs esse exacta, Paulum, Platonem, Plinium. Verbum itaque, pro quo apud Paulum vulgatus interpres vertit, substantia, apud Græcos significat fundamentum, & basim. Fides enim basis, & fundatum, & quasi radix, & semen quoddam est rerum sperandarum, hoc est, nostræ religionis, & æternæ beatitudinis. Nam, ut idem ait Apostolus, accedentem ad Deum oportet credere, quia est. Rerum sperandarum adiecit Apostolus, ut significaret spem comitem quandam perpetuum, & individuum, & intrinsecum esse fidei Christianæ, ac theologicæ ita, ut neutra harum duarum virtutum ab altera separari possit saltem de lege. Quæ verba legi ego aliquando in responso, quod manu propria scriptum ad quandam consultationem præceptor meus frater Loysius emisit, & ad nostras discendi, ut cum Philone loquar, audiissimas aures peruenit. Hanc Theologiam videtur quoq; præsensisse egregius, mihiq; admodū familiaris Neapolitanus poeta, qui primus omniū musas piscari docuit, & in Arcadiæ nemore Pana ipsum Arcadiæ Deū hetrusco carmine superauit, in suo diuino de partu Virginis poëmate lib. 3. sic enim eum fide spem coniungit:

*Rectus amor, quem nuda fides, spesq; inscia luctus
Videntem, mira vnanimes pietate sorores
Obseruant.*

Verbum autem argumentum in definitione positum apud Græcos conuictionem significat; per fidem enim, quemadmodum

modum per demonstrationes mathematicas, conuincimur, nobisq; persuademus gloriani esse, passum fuisse Christum, &c. In cuius confirmationem satis fit adduxisse illud, quod adnotauimus apud Bud. in adnotat. ad Pandectas in l. 1. §. quòd ait prætor. ff. seruo corrupto, contententem cum Valla persuasionem propriè vocari posse, quā Latini christiani fidem, Græci pīstīn appellant, hoc est, certam quandam opinionem, & sententiam, quam nobis persuasimus: in quo significatu fidem latine deriuationem certam non habere sed græcorum imitatione usurpatam ab antesignanis fidei christianæ, qui verbum aliud, ut ille inquit, significantius esse nullum existimabant. Non apparentium addit Paulus, hoc est, rerum nobis ignorantium, quæq; extra nostrum intellectum sunt, sub quo verbo, velit, nolit, noster Bernardus, comprehenduntur præterita, præsentia, & futura. Passio enim Christi res est non apparentis, hoc est, non nota nobis, Iudæis quidem scandalum, Græcis autem stultitia, quæ eiusdē Pauli verba elegantissimè, & sapientissimè exponit Christianus Cicero in libris de Sapiētia. Nec enim satis cognoscere possumus, quo pacto Deus hominē induere posset, quod vocat Bernardus abyssū imperscrutabilem, & ex immortali mortalitatis redditus ignominiosam subierit Crucis mortem. Præterea sacra-tissima, & realis ipsius existentia in sacro sancto altaris Sacramento res est non apparentis, hoc est, humanum intellectum, humanamq; scientiā longè superans. Ecce quam facile Bernardi vitantur argumenta. Non enim est spes substantia rerum sperandarum, quia non est basis, & fundatum: non includit hæc definitio solū futura, cum & præterita, & præsentia sub verb. non apparentiū comprehendendantur. Valeat ergo Bernardus cum sua opinione.

24 Hæc fides, quæ ab Apostolo ita definitur, Catholica appellatur. 1. vniuersalis, quia vbiq; vna, in omnibus vna, atque vna super omnia, quemadmodum Ecclesia vocatur Catholica, quod protendat palmites suos in quælibet loca, & tempora, vt colligitur ex Couar. lib. 4. variar. cap. 14. num. 10. Dicitur etiam Catholica tum propter præcepta vniuersalium regularum, tum, quia eius cultus per omnes ferè mundi fines emanauit iuxta illud Hymnographi Ode 18. in omnem terram exiuit sonus eorum, relatū à Paul. ad Roman. 10. & à Nicolao. III. in c. fundamēta. de electione lib. 6. & à Leone in cap. ita dominus. 19. distinet. Quod secus est in hæreticorum erroribus, qui certis terrarum angulis coarctantur. Nam iuxta Isidorum. 8. Ethymo log. Græci vniuersale Catholicum vocant, constatq; ex Quintilian. lib. 2. cap. 14. Est etiam apud medicos Catholicī medicamentī mentio. Qua de re cum proximis vacatiōnibus consulerem Loffam nostrum, clarissimum Leirien sis ciuitatis Medicum, & Philosophum, non minus iudicij acumine, & literarum splendore, quam vsu, & experientia præstantissimū, quodlibet medicamentū, quod vniuersaliter purgat omnes humores, si quod illud est, à medicis Barbaris Catholicū dici nobis ostēdit: Neq; enim apud bonos medicinæ autores huius vocabuli mentionem reperiri, licet apud Practicos hodie in vsu sit, & ipse repererim apud suum Nicolaum in Antidotario fol. 251. Nemini autem nouum sit, si iurisperiti medicos in testimonium adhibeamus, quos videmus in ipsis Iurisconsultorum responsis sa piissimè laudari, vt vltra alia à Chaffan. adducta in cathal. part. 10. confid. 43. patet in l. septimo mense. ff. de statu hominum, quo in loco Paulus Hippocratis vtitur testimonio, & meritò, cum Hippocratis proprium sit secundum

Macro-

Macrobius lib. 1. de somnio Scipionis. c. 6. tam fallere, quam falli nescire: ad cuius legis ornatum videndus idem Chaff. part. 12. confid. 8. vers. in septimo mense.

25 Cum itaque Catholici nomen fidei Christianæ, & Ecclesiae proprium sit, & nomen debeat esse consonans rei. §. est & aliud, instit. de donat. meritò Hispaniæ reges, qui fidei Christianæ pugiles, & Ecclesiae Romanæ protetores sunt, Catholici nominātur. quod, vt puto, originem sumpsit à Ferdinando, & Isabella fortunatis Aragoniæ, & Castelle regibus, qui primi reges Catholici sunt appellati, vt constat ex Chronicis: quemadmodū etiam reges Franciæ Christianissimi nuncupantur, vt latissimè prædicat Chaff. 5. part. confid. 30. cū sequentibus, & part. 12. confid. 17. qui, dum Francorum gloriam, Francosq; reges supra omnes alias nationes, supra omnes reges extollit, nec malus, vt de Poggio inquit Syncerus, est ciuis, nec bonus historicus. Absit tamen, vt inficias eam Christianissimi titulum omnibus alijs anteponendum, vt habetur inter sanctissima Mariæ serenissimæ Parmæ principis, filię Eduardi Iffantis Portugalliae monita, quæ inter eius scripta inuenta sunt, & typis edita Italo sermone circunferuntur, vbi Margarita pro Maria vitoſe legitur, quibus fœmina illa preclarissima cælestem in terris vitam agēs suam ad cælestem patriam vitam dirigebat: Monebat enim se ipsam, vt quotidie memoria repereret nullum sibi illustriorem esse titulum, quam Christianę, atque ideò operam daret, vt, cum necesse foret, relinquaret potius omnes alios, quam vel minimis in rebus Christianæ nomini deesse. Nec ignoror ab hostibus olim nostris Christianos, non Christianos diētos fuisse nos, Christumque ipsum Chrestum impiè, & nefariè vocatum, vt constat ex Trāquillo in vita Claudi,

C

& Ter-

& Tertulliani apologetico relatis à Pythæo lib. 2. aduersariorum successiōrum. c. 3.

26 Et quoniam quæstiones alias, quas h̄ic doctores excitant, quot sint species fidei, quot articuli, quæ pœnæ non credentium, & quod præmium Catholicorum, ex gloss. Abb. Hostiens. Card. & alijs definire quilibet potest, cum alio properanti multa sint dissimulanda, vltius non progrediemur:

Nanque hæc ipse e quidem spatijs disclusus inquis

Prætereo, atque alijs post commemoranda relinquo.

Liceat haec tenus Theologum egisse, vocat enim iam nos rubrica de constitutionibus, vbi iurisperiti personam induemus.

S A D R V B R I C A M de Constitutionibus.



Voniam Rubricæ, vt ait Card. ad Rubricam de summa Trinitate in principio, ordinē quendam, & connexionem, consonantiamq; inter se habere, atq; efficere debent, ita, vt tirulus consequens autore Dec. hic nu. 1. ad præcedentem trahendus sit, & præcedens ad consequentem, vt sic efficiatur linea illa Rubricarum, quam Margaritarum lineam iure optimo appellare possumus, haud immerito doctores nostri hinc inde circuncursant harmoniam huius tituli cum titulo antecedente investigantes. Bernard. h̄ic talem affert continuationem: Inquit enim pont. tractaturum de iure de summa Trinitate tanquam capite, & fundamento prius egisse: &, quia ius omne ex scripto, vel ex non

scrip-

scripto venit, in hac rubrica ab scripto tanquam certiore, & nobiliore incepisse: hæc est Bernardi continuatio. Hæc & placet, & eisdem ferè verbis repetitur ab Abb. hic, hanc amplectitur Card. licet aliam quoq; ex Gothfredo superaddat. Omitto alios. Philippus tñ Dec. hic. 1. lectrura ab ea discedit, duobus ductus argumentis, quæ non est nostrum referre. Est autem duplex ipsius continuatio: vel, inquit ille, dici potest acturum de iure scripto pontificem, quia dignius, nobiliorq; videtur esse scriptum de Deo ius ratione subiecti iuxta ea, quæ ait Chass. in Cathal. part. 10. confid. 10. dum de Theologia loquitur, ab eo ante omnia in Rubrica de summa Trinit. exordium sumpsisse iuxta doctrinam eiusdem, quæ digniora, & nobiliora docet esse præponenda. 1. part. confid. 38. conclus. 7 & reg. l. 1. & 2. ff. albo scribendo, vel, & hæc est secunda Decij continuatio, postquam de summa Trinit. pontifex, quæ ab omnibus debent teneri, superiori titulo præmisisset, ad Canones modò, qui ab omnibus quoq; sunt obseruandi, descendisse. Sed de his satis multa. Restat enim longum maris æquor arandum.

2. Quo pacto apud bonos autores accipiatur constitutio ex Calepino, & alijs videre est: quid autem apud Iurisconsultos, & pontifices importet, doctores h̄ic latè explicant. Sumitur enim aliquando constitutio pro eo, quod princeps per epistolam constituit, vel cognoscens decernit. §. sed & quod, &. §. sequenti, instit. de iure naturali, gent. & civili, c. Constitutio. 2. d. l. 1. ff. de Constitut. principum, l. vlt. C. legibus. Sed hæc stricta constitutionis acceptio nihil ad nos. Vsurpatur itaq; hoc in loco generaliter, & pro omni iure, siue illud à superiori, siue ab inferiore constituatur, dummodo inferior condedit ius,

C 2 & con-

& constitutiones potestatem habeat, & hoc in confessio est. Nec enim in hoc titulo solum agitur de Constitutionibus Concilij, vt in c. 1. non item de constitutionibus tan- tum summi Pontificis, vt in c. 2. sed de statutis etiam inferiorum, vt in c. Cum M. licet dici possit de cōstitutionibus solū summi pontificis agi, quę statuta Conciliorum, de- creta inferiorum, dicta sanctorum approbant, & interpre- tātur. Et quamvis Abb. in proemio nu. 5. Constitutionem Ecclesiasticam modō canonem, modō decretum, modō decretalem epistolam, modō dogma, modō sanctionem, modō mandatum, modō interdictum vocari doceat, & suam inter quodlibet ex his differentiam constituat, quam constituit etiam Dec. 2. lectura à num. 16. hęc tamen omnia hoc in loco sub verbo constitutionis comprehen- duntur.

3 Vnde autem componatur constitutio, labore est Abb. hīc num. 2. Hostiens. eodem nu. Dec. 1. lectura num. 15. Fe- lin. 1. Sed nos id grammaticis relinquamus, dummodò il- lud pro certo sit legem quanlibet Ecclesiasticam consti- tutionem appellari. Et quoniam in legis mentionem inci- dimus, & hoc est, quod primo loco per constitutionem in nostra Rubrica designatur, non abs re erit, quid sit lex, & quę eius virtus perscrutari, in quo etiā multus est Hostiens. hīc num. 11. Eius namque laudes, & prēconia relinque- mus Chassan. in Cathal. part. 10. consid. 20. Res agenda est cum c. consuetudo. 1. distinct. desumpto ex Isidor. lib. 5. Ethymologiarum lex erit omne, inquit, quod & ratione constiterit duntaxat, quod religioni conueniat, quod dis- ciplinę congruat, quod saluti proficiat. At, si hęc tria ver- ba religionem, disciplinam, & salutem intelligamus, aptissimam quidem ex illis legis definitionem constituemus.

Quod

Quod si mittamus glossarum nostrarum interpretationes, & ad Card. sancti Xisti d. c. num. 10. cum sequentibus re- curramus, per religionem cultum diuinum, per discipli- nam pacem, & concordiam reip. per salutem ipsam animę salutem designari edocebimus. Erit itaq; lex, ordinatio ra- tionis in bonum commune ab eo, qui curam gerit commu- nitatis, promulgata: quę definitio fulcitur auctoritate D. Thom. 1. 2. q. 90. art. 4. Etenim, ne subditi à natura procli- ues ad malum. c. omnis ætas. 12. q. 1. Auth. de Monachis. §. & dum triennio in fin. & habetur Genes. cap. 8. propriæ voluntati relinquenter, necessum fuit, vt in omni rep. norma aliqua, seu regula proponeretur, quę subditorum actiones in bonum eiusdemmet reip. ordinaret. L. 2. ff. de leg. ibi. & secundum hoc regulam esse iustorum, vel iniu- storum. Vnde Pindarus legem mortalium reginam vocat. Cum autem hęc ordinatio tribus modis contingere pos- set, pr̄missione, precibus, & praecepto, & primo quidem modo ordinetur quis à se ipso, c. qualiter, de pact. secundo dominus à subdito, nec enim solent aliter flecti à subditis domini, quam precibus. I. vniuersis, & per totum. C. de precibus imperatori offerendis, tertio subditus à superio- re. c. quid ergo. 11. q. 3. Tho. 2. 2. q. 81. art. 1. Sot. lib. 7. de Iustitia. q. 1. art. 2. col. 3. & pen. Recte efficitur, cum ordi- natio subditorum in bonum reip. fiat ab eo, qui curam ge- rit communitatis, non aliter, quam per imperium, seu præ- ceptum fieri posse.

4 Hęc de definitione legis. Ipsius autem virtus describi- tur in l. legis virtus. ff. de legibus, ybi quatuor actus ad vir- tutē legis spectantes Iurisconsultus ponit, imperare, punire, vetare, permettere. Nec audiendus Castr. lib. 1. de lege poenali. c. 9. quintum addens, nempe pr̄miandi, minimè

C 3 aduer-

aduertens actum illum sub permissione contineri. Quam recte autem Jurisconsultus quatuor actus constituerit, ex eo constat, quod, cum lex regula sit, & norma nostrarum actionum, per quam illae omnes in bonum reip. diriguntur, & actiones nostrae sint in triplici differentia, nempe bonae, male, & indifferentes, ut optimè ex Aulo Gellio lib. 2. c. 7. explicat Chassan. part. 11. confid. 16. vers. & argutius, necesse erat totidem quoq; esse modos, quibus eadem actiones per legem præciperentur, vt scilicet bonae quidem præcipiantur per actum directum, qui est imperare, malae per actum contrarium, qui est vetare, indifferentes denique per actum indirectum, qui est permittere. Adiicitur quartus, nempe punire, quoniam, cum tota præcepti vis coertia sit. l. vlt. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. l. vlt. ibi, nō paretur impunè. ff. iurisdictione omnium iud. haud dubiè actus is tanquam cæteros perficiens maximè ad virtutem legis spectat, docet Jurisconsultus in l. 1. ibi, coertia. ff. de legibus. Et hæc quidem resolutio, ne inermis videatur, colligitur ex doctore Sancto. 12. q. 92. art. 2. Alexandrino in. c. omnis in principio. 3. distinct.

5 Ex hac legis definitione definiri potest illa quæstio, quam exorditur Abb. h̄c. nu. 3. & satis extendit Philippus Dec. 1. lectura à num. 26. vtrum scilicet ad essentiam legis scriptura requiratur: Et quidem quæstionem dubiam, & controversam affirmat, & pro parte negatiua duodecim, pro affirmatiua vndecim argumenta conficit. quibus omnibus statim respondens suam in fine resolutionem constituit. Evidem, cum legem videam esse ordinationem rationis in bonum commune ab eo, qui curam gerit communis, promulgatam, non possum non opinari ordinationem hanc sine scriptura confistere non posse, atque ideo

ad ip-

ad ipsius essentiam pertinere, quod ex nostris plurimi dif- fidentur. Quienam fiet, vt subditorum actiones in bonum reip. per legem ordinentur, ni lex illa publica, & patens sit omnibus, & in cōmunem omnium notitiam deueniat. c. 1. postulat. Prælat. I. leges sacratissimæ. C. de legibus, quod tamen sine scriptura fieri nequit, qua subditi ante oculos tanquam regula, & norma proposita operationes, actusque suos recte dirigant: aliter enim de legis mente, & verbis passim, & sæpiissimè dubitaretur, & maxima subuertenda rum legum oriretur occasio, quæ omnia tantam vim ha- bent, vt dici oporteat scripturam ad legem ipsam intrin- secè, & essentialiter spe ostendere. Nec me fugit fuisse olim Dei præceptum regibus Israeliticis propositum Deuteronomi. c. 17. vt leges Deuteronomij, vbi primum ad regale solium af- cendissent, in volumine propria manu describerent: Id au- tem eò tendebat, vt optimè declarat Philo de Creatione principiis, ne reges possent vñquā legum ipsarū obliuisci, quinnimò eas tenaci semper, & firma memoria custodirēt. Quod enim scribitur, diutius animo retinetur. Vnde Lu- cianus in dialogis Demosthenē ait septies Thucydidis hi- storiā propria manu exscriptisse, vt ita eorū, quæ in ea cō- trinebantur, nullo vñquam tempore memoriam amitteret.

6 Sed & ex hac definitione explicatur altera quæstio, quam diffusius tractat Hostiens. h̄c. nu. 3. quis nempe con- stitutionem condere possit. Etenim cuiuslibet communi- tatis rector id præstare potest, legem, & constitutionem fe- rens, qua humanam coercere audaciam, tutamque inter improbos innocentiam reddere. c. fact. 4. distinct. qua op- pressis compati. c. quam pio. 1. q. 2. qua discordias euitare, & fraudibus occurrere. c. quia propter, de electione, qua denique metu poenæ malos bonos efficere, & bonos

C 4 spe

spe p̄t̄emiorum meliores reddere possit. l. r. ff. de iustitia, & iure. Hæ sunt enim causæ, & rationes legum, & constitutionum condendarum, quas vltra Hostiens. d. loco colligere licet ex Card. h̄ic, Dec. 2. lectura num. 3.

7 Hæc ordinatio rationis sic promulgata, vt in publicam subditorum notitiam veniat, duos menses exigit, Auth. vt nouæ constitutiones c. fin. Ne clerici, vel monach. c. Nouit, de sententia excommunicata. Notandum est tamen id temporis postulari, ne possit eo transacto legis ignorantia prætendi: quod si ante illud scientia, & notitia convincatur, haud dubiè à tempore notitiae lex obligabit, nempè quæ, simulatq; à superiore fertur, suam obligandi vim producit. c. in istis. 4. distinct. Obligare autem tum demum desinet, si per aliam subsequentem corrigatur. c. 1. de cognitione spirituali: quod secus est in rescriptis, in quibus posterius non tollit prius, nisi expressam de illo mentionem faciat. Continentur enim in rescriptis facta, quæ omnia conseruare memoria non humanum, sed diuinum est. l. 2. §. si quid autem. C. de veteri iure enucleando: in constitutionibus autem iura, quæ in scrinio peccoris sui princeps censetur habere. c. 1. de Constitut. lib. 6. quæ verba quomodo intelligantur, explicat Chaffan. 6. part. consid. 36.

18 Nec illud indictum velim ex hac quoq; definitione inferri legem ad præterita non extendi, de quo agit. cap. cognoscentes, hoc titulo, & agit Hostiens. h̄ic ad fin. cum enim lex, & constitutio regula sit, per quam actiones subditorum in bonum commune ordinentur. c. Regula. 3. distinct. iuncto. c. erit autem. 4. distinct. manifestum est legem non posse esse regulam actionum, quæ iam transferunt iuxta illud vulgare, quod à præterito nulla est potentia, habe-

habetur in c. si Paulus vers. quæso. 32. quæst. 5. quod tamen secus erit, si legislator ipse præterita comprehendere voluerit: hæc enim, licet naturæ legis repugnet, præteritorum actuum esse statu irritando, prout bono communi expedierit, legislator efficere poterit. l. leges. 7. C. de legib.

9 Ultimò tamen querere hoc in loco libet, vtrum constitutio vim habeat obligandi in foro animæ: Cum enim homo alteri secundum animam non subsit iuxta illud Senecæ. 3. de beneficijs, errat, si quis existimat seruitutem in totum hominem descendere, pars enim melior excepta est, corporea obnoxia sunt, & adscripta dominis, mens quidem sui iuris est, quæ verba paucis immutatis refert D. Tho. super Boet. de consolatione philosophica lib. 2. Prosa sexta, quod satis etiam probat idem Boet. d. loco, & Philo. in lib. Quod omnis probus liber, vbi recitat Calani ad Alexandrum ea de re epistolam, videbatur dicendum nullum humanum legislatorem hanc potestatem habere, vt sub reatu mortalis criminis subditos compellat. Contrarium tamen tenendum est ea quidem ratione, quia obligandi vis, quæ præceptis superiorum inest, à lege æterna, quæ summa ratio est in Deo existens, quæq; omnium legum fons est, originem trahit, iuxta illud Proverb. 8: per me reges regnant, &c. & illud Sapientiæ. 14. tua pater prouidentia omnia gubernat, & illud Paul. ad Roma. 13. non est enim potestas, nisi à Deo, qua de re Card. in. c. vlt. de consuetudine nu. 7. Latius Chaffan. part. 10. consid. 19. Et hæc quidem vis obligandi, forum respicit conscientiæ, ob efficiaciam enim, quam lex humana habet ab æterna, subditi transgressores meritæ apud Deum poenæ obnoxij efficiuntur: ex quo sequitur omnē legem iustā habere in foro conscientiæ locū, nec enim, si iniusta fuerit, à lege ipsa diuina deriuau-

deriuatur, ex qua tota in eo foro obligandi vis procedit.
 10 Ecce, iam habemus, quid sit constitutio, utrum scripta esse debeat, à quo ferri possit, à quo tempore incipiat obligare, quo pacto obligandi vim amittat, utrum ad præterita trahatur, & in foro denique conscientiæ locum obtineat. Hæ sunt constitutiones, quas iudices sequi tenentur. c. r. c. ne innitaris, hæ efficiunt, ut nemo priuetur suo iure. c. cognoscentes, hæ docent prohibito principali prohiberi omnia, quæ sequuntur ex illo. c. nam concupiscétiā, hæ probant idem iuris esse in connexis. c. translato, hæ statutum laicorum Ecclesiam non comprehendere c. Ecclesia, hoc nostro titulo. Sed nos iam vela contrahamus. Nam iuxta Quintilianum breuitas laudanda, quando non minus, sed nec plus, quam oportet, dicitur.

J A D R V B R I C A M de Rescriptis.

N princijs titulorum semper mihi in mente veniunt verba illa Ciceronis in libris de Natura Deorum: est mirabilis quædam continuatio, seriesq; rerum, vt alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ, colligataq; videantur. Hoc enim in Rubricarum continuationibus efficere conantur doctores nostri.

2 Omessa ergo continuatione glossæ, quam sequitur Anton. de Butr. & Abb. hic, omessa item serie Hostiens. quæ placet Card. & alijs: dici potest secundum Dec. hic. num. 3. pontificem, ubi de cōstitutionib; id est, iure scripto egit, adiecissem de Rescriptis, quæ iuri scripti species quædam sunt,

sunt, ut notat Abb. in Rubrica de Consuetud. glossa in Rubrica. C. de mandat. principum.

3 Rescripti naturam non satis explicant doctores nostri. Ait enim Hostiens. rescriptum esse id, quod ab Apostolico, id est, à Papa rescribitur ad solutionem, vel ad relationem, intimationem, conquestionem, vel ad supplicationem aliquius. Sed hic declarandi modus nec bonus est, nec satisfacere potest: id est enim, quod querimus, quid sit illud, quod ad relationem, intimationem, supplicationem alicuius à superiore rescribitur. Et quod magis mirandum est, hæc Hostiens. definitio principali rescripto solum conuenit, cum tamen idem ipse ab episcopis, & similibus superioribus posse rescripta impetrari intendat statim nu. 2. dum ait rescriptum posse concedere, quicunque cōstitutionem facere potest: quæ sententia nō latuit Rebus. ad leges Galliæ. 2. tomo. tit. 1. in præfatione. nu. 23. hæc Hostiens. Abbas vero, dum pollicetur se clariss., & melius rem explanatum, meo quidem iudicio datam fidem non liberat. Rescriptum inquit duobus modis sumi, stricto, & largo: & primo quidem significare illud, quod princeps ad iuris observationem rescribit, cum nempe causam committit inter aliquos decidenda: secundo priuilegium, & beneficium, & omnia mandata, quæ ad iuris obseruantiam à principe emanant, cōtinere, & hanc esse huius verbi in nostro titulo acceptiōnem. Hæc Abb. quem sequuntur doctores, & glossa in rubrica de Rescriptis li. 6. & passim alibi. Sed neq; hæc Abbatis explicatio scopum attingit: adhuc enim hæremus in fallo. Id nanque discere volo, quid sit hoc rescriptum lato modo sumptum, priuilegium, & beneficium comprehensum: Rursus hæc Abbatis definitio de principe solum agit: de superioribus alijs verbū nullum, Cogor igitur inuitus ab his

ab his tantorum virorum definitionibus secedere, quas, si probari possent, lubens, volensq; amplecterer, qui illud semper in ore habeo, per me sint omnia protinus alba. Citabo itaque definitionem: an iustius induat arma, non aum dicere, sed ius proponam æquum, vt, si placuerit, nil illi detrahatur ingenij mei tenuitas. Sæpè enim, vt in proverbio, est olitor valde opportuna loquutus.

4 Sit itaque rescriptum, prout in hoc titulo accipitur, prouisio superioris legitimia ad consultationem, vel preces rescribentis. Et hæc quidem definitio satis nititur autoritate. I. i. ff. appellat. ibi, ad consultationem fuerit rescriptum. I. rescriptum. 12. ff. de distractione pign. I. diuus. 33. ff. de re iud. quæ quām congrua sit, & adæquata, testantur tam rescripta specialia in ea contenta, quæ constitutiones personales dicuntur, quibus princeps ad consultationem sine exemplo subuenit. I. i. ff. de constitut. princip. quam generalia, quibus generaliter, vt in exemplum trahantur. I. quoties. §. i. ff. de hered. instituend. explicat Franciscus Conan. lib. i. c. 16. à nu. 6. testatur verbum consultatio, & verbum preces, quia & id denotat verbum rescriptum, quod præcessisse consultationem, vel preces significat. Idem enim est rescribere, quod respondere, licet rescribere ad absentes, respōdere ad præsentes sit, vt ex Seneca aduertit Curt. lib. 12. obseruat. c. 8. & patet ex illo Penelopes,

Nil mihi rescribas, attamen ipse veni.

Testatur dñique verbum ipsum preces, sub quo includuntur rescripta, quæ sunt contra ius, id est, priuilegia, quæ præter, id est, gratiæ, & beneficia, quæ secundum, id est, rescripta in specie, vel strictè sumpta, in quibus omnibus superior legitimus iuxta materiam subiectam ad preces rescrit.

5 Ex

5 Ex hac definitione manifestum est, quis possit rescriptum concedere: Omnis enim legitimus superior id facere potest, vt colligitur ex Hostiens. hic num. 2. ex Bald. & Siculo num. 16.

6 Manifestum quoque est, quis possit rescriptum impetrare: est enim editum de rescriptis impetrandis prohibitorum, vt id nempè possit omnis ille impetrare, qui à iure speciatim non prohibitetur. Agnoscit Hostiens. hic numero. 4. Felin. 8. Perez ad Rubricam, titul. 12. lib. 3. ordinamenti quest. 26. Sylvest. verb. rescriptum numero. 2. & confirmatur ex l. vniuersis C. de precibus imperatori offerend. per supradictos maximè commendata. Nam, cum omnis rescriptorum vis, & effectus ex concedentis dependeat voluntate, vt patet ex definitione, non ita ex impetrante, qui, nisi prohibetur, indistinctè adquirere, & comparare potest, quidquid contra præter, vel secundum ius ei fuerit indulatum, efficitur certè illos tātum ab impetrandis rescriptis remouendos, qui iure specialiter prohibitentur. Prohibeantur autem iure perditissimi hereticil. 2. C. de summa Trinit. c. 2. §. ad hæc, de heret. lib. 6. Prohibeantur miseri excommunicati c. dilectus. 26. hoc titulo, c. vlt. de procurat. nisi de excommunicatione sua faciant mentionem c. ab excōmunicatio, infra eodē, & nisi in causa appellationis, vel ad defensionem suam: valet enim tunc rescriptum, ne innocentes damnentur, c. literas, de præsumpt. cum alijs.

7 Quemadmodum vero rescriptum impetrari potest à quolibet, ita & contra quenlibet, dummodò sit de iurisdictione concedentis, nanque aliter inualidum erit, cum extra territorium ius dicenti non pareatur impunè. I. fin. de iurisd. omnium iud. c. pen. de officio vicar. c. licet. 10. in principio, de foro compet.

8 Qua

8 Quas autem vires rescriptum habeat, quod prosequitur Hostiens. h̄c num. 9. ex eadem definitione deducitur. Id enim rescriptum operatur, quod ex eius tenore, & mente concedētis appetet: nec necessaria est distinctio, utrum secundum, prater, vel contra ius emanet: semper enim ad mentem concedentis recurrendum est, ex qua, ut diximus, totus rescriptorum effectus deriuatur.

9 Utrum autem rescripta perpetuo, vel ad tempus durant, optimè decidit imperator in l. 2. C. de diuersis rescriptis. Ex qua colligitur nullum rescriptum attenta sua natura finiri tempore, cum tamen duret, vel expiret iuxta terminum, qui in eodem exprimitur, vel ex eo tacite deducitur: Ex hoc enim termino colligitur voluntas concedentis arg. c. venerabili. 37. de officio deleg. quæ quidem voluntas vel ex termino, vel ex materia subiecta deducta arg. l. his solis. C. de retioc. donat. ibi, tacite cautum, l. si uno in principio. ff. locati, iuncta. l. Cum quid. ff. si cert. pet. manifeste ostendit, quo tempore rescriptum durare debeat, nempè quod ex ipsa voluntate totum dependeat c. ad aures, ibi, intentionis, de Rescript. cum multis adductis per Tiraquel. in l. si unquam verb. libertis num. 8. &c. 55.

10 Hinc inferitur rescripta ad lites perpetuo durare, ut post glossam in d. l. 2. in l. 1. ff. de nund. resoluit Menoch. de arbitrar. casu. 202. à nu. 76. & casu. 204. idem in consil. 100. à nu. 33. Perez ad l. 1. tit. 12. lib. 3. ordinam. quæst. 35. Neque audiendi sunt doctores in c. plerumque, de rescript. inter quos est Innoc. ibi, & inc. Ceterum nu. 6. existimantes rescriptum amitti, simulatque impetrans eo per annum usus non est. Id enim falsum est, nec probatur in d. c. plerumque, quod solum probat valere impetrationem secundi rescripti non facta prioris mentione, ubi non est impetrans

petrans priore per annum usus, idque de novo pontifices induxerunt in odium negligentiae primi impetrantis. Sic alias negligentia dicitur omnia laedere in gloss. fin. in l. diuus. ff. de officio praesid. Sic negligentia sua socio est damnosa in l. non ob eam rem. 25. ff. pro socio. Sic creditor negligentie suæ expensum fert in l. pupillus. ff. quæ in fraudem creditorum. Sic praesbiter æquè deponitur propter negligentiam, ac propter dolum in c. dictum, & ibi, gloss. verb. negligentiam. 81. distinct. Sic nobis etiam negligentia satis damni, satisque incommodi attulit. Cum enim Petrus Homem Dazeuedo vir optimus, & nobilissimus, & illustrissimi Leiriensis summo prefecti praetorio in suo Leiriensi episcopatu locum tenens, labores hos nostros ad supremam Inquisitionis hereticæ prauitatis curiam se misserum policeretur, eaque de causa aliquot illi ante Kalendas Augusti diebus manu propria descriptu libellum tradiderem; ecce mihi nuntius affertur, quo ego iam tempore illum Catholicæ fidei incidi redditum arbitrabar, libellum nusquam apparere, tabellarij fortassis incuria, quæ fuit in causa, ut omissis alijs, in quorum studio versabar, cum iterum exscriberem, neq; hæc prima nostræ harmoniae pars ea, qua optabam, festinatione in publicum prodiret. Nec certè alius meorum laborum sperari poterat euentus: quo enim tempore illos meditabam, Isabella mater vita mihi charior diuturno morbo, & assiduo febris ardore consumpta coram meis oculis paulatim deficiebat, quæ res mihi animum ab scribedo, manum ab opere reocabat, semperque calamus literas atramento exaraturus papyrum pijs inueniebat lachrymis exaratam. Annua tñ, de qua noster erat sermo, rescriptum impetrantis negligētia tam ym nō habet, ut vires suas rescriptum amittat.

Vnde

Vnde data vtriusq; validitate recurrentum est ad principia iuris, & agendum de concursu, vt attendatur præsentatio, vel citatio, quæ per alterum ex illis prius facta est, iuxta c. ut debitus, de appellat. cum similibus, glossa vlt. in c.i. hoc nostro titulo. *Cassidor. decisione. 30. de rescriptis, Octavianus de stylo curiæ lib. 3. c. 12.*

11 Et quoniam in rescriptorum inualiditatem, vel validitatem incidimus, quarendum modò est, quo pacto rescripta vitientur. Hic est enim articulus, in quo ait Hostiens. num. 22. in opem me copia facit: ego tamen dicerem propter mensuram carminis, in opem me copia reddit, exemplo Tiraquel. de cessante causa. 1. part. nu. 11. qui cum referret versiculum illum, quo vtitur gloss. in c. ita quorundam, verb. ferrum, de Iudeis,

Causatum perimit causa perempta suum,

Ego, inquit, dicere maluissem,

Effectum perimit causa perempta suum.

12 In hoc articulo conclusiones constituam generales, ex quibus vera totius materiæ resolutio colligi possit. Quicunque igitur rescriptum impetrat, tenetur apud concedentem probabiliter ignorâtem circa personæ suæ qualitatem, materiam, de qua agitur, iuris violationem, & tertij præiudicium, sigillatim exprimere veritatem, & omnino suppressere falsitatem, qua expressa, & suppressa aut nullo modo, aut difficilius rescriptum concederetur, quod iudicis arbitrio relinquendum est. Quam regulam satis probat c. super literis iuncto c. postulasti, hoc titulo, & optima etiam ratione suaderi potest. Nam, qui actum gerit cum alio ab illius voluntate dependentem, qualis planè est rescriptum, c. ad aures, hoc titulo, tenetur apud eundem, ne ipsum decipiatur, probabiliter ignorantem circa qualitatem, & cir-

& circūstantias necessarias sigillatim exprimere veritatē, & omnino suppressere falsitatem, qua expressa, & suppressa aut nullo modo, aut difficilius actum gereret. l. 1. ibi, ædiles aiunt. l. ædiles. 38. ff. de ædilit. edict. Hinc vendor rei vitiosæ scienter, qui emptorem de vitio non admonuit, tenetur ad interesse extra rem. Communis ex Alciat. de eo, quod interest. cap. 9. ex num. 10. Costal. in l. tenetur. ff. de action. empt. Guiber. lib. 1. q. cap. 13. Main. lib. 3. Actionū. cap. 9. quod quidem procedit; siue vendor asseuerauerit vitium illud abesse, siue etiam sciens reticuerit, vt probatur in l. Julianus. 14. l. in venditione. 42. ff. de action. empti.

13 Secunda conclusio sit: Rescriptum impetratum suppressa veritate, vel suggesta falsitate per dolum impetrantis nullatenus ei prodest, immo obest, per ignoratiām vero, aut simplicitatem, eatenus proderit, quatenus id, quod suppressitur, vel exprimitur, non fuit causa concessionis, & alias concedens id esset verosimiliter concessurus, quod est etiam iudicis arbitrio committendum. Probatur hæc nostra conclusio ex d.c. super literis. in primo, & secundo casu, iuncto c. dudum. 14. vñrl. considerantes, de præbend. lib. 6. Primo enim casu rescriptum non prodest, quia dolus seu nulli prodesse debet. c. intelleximus. in fin. de iudicijs: secundo vero prodest ex voluntate ipsius, qui illud concessit. Et hoc tam in Rescriptis gratiæ, quam iustitiæ procedit, vt per Abb. d.c. super literis. num. 5. Felin. ibi. col. 1. Rebus. in concord. titulo de forma mandati. verb. pro expressis. in tertio requisito, quæ vtraque per subreptionem ipso iure vitiantur, licet communis Doctorū schola id tantum in rescriptis gratiæ admittens in contrarium sit.

14 Quibus suppositis valde iuri consona videretur dispositio. c. Cæterum, hoc titulo de Rescriptis, vt scilicet

D corruat

erruat posterius rescriptum ad lites, in quo impetrans suppressit aliud, quod super eodem negotio præcessit: quod tamen in rescripto gratiæ non procedit ex ratione. Felic. in cap. causam, quæ. num. 8. hoc eodem titulo. Et intelligendum est, ubi rescriptum est æquè speciale, vel æquè generale, non verò, ubi aliud speciale, & aliud generale, tunc enim semper speciale, siue præcedat, siue sublequatur, validum est, & derogat generali iuxta reg. generi. 34. in. 6. probat. c. 1. c. pastoralis. hoc titulo. c. dudum. 14. vers. nos igitur. cum sequentibus. de præbend. lib. 6. hic est enim celeberrimus casus, in quo aliud per aliud tollitur, de quo, & alijs Hostiens. d. num. 16.

15. Quam autem interpretationem rescripta admittant, quam iurisdictionem conferant, quæ poena sit male impetrantium, vel abutentium, pete ultra alios ab Hostiens. hic num. 17. 18. & 33.

*Nam nos immensum spatiis confecimus æquor,
Et iam tempus equum spumantia soluere colla.*

G A D R V B R I C A M, D E Consuetudine.

 Onsuetudinis nomen quām sit frequens, quāmq; necessarium, nemo est, qui nesciat: nempe quæ in sublimen constitutionis locū sufficiatur. cap. consuetudo. 1. dist. Nempe quæ leges ipsas antiquitùs probata, & servata imitetur, & retineat. 1. leges. C. quæ sit longa consuetudo: nempe quæ ius dubium interpretetur, & sit deniq; optima legum interpres. c. cum dilectus. hoc eodē titulo. Parua loquor: imò consuetudinē alteram esse naturā pro- fitetur

fitetur gloss. in. c. Bonæ. 23. verb. per rerū naturā, de ele-
ctione. Vnde & memini verbū illud naturaliter ab Vlpia-
no usurpatum in. l. sed si damnum. 9. §. si ipse. ff. de peculio,
naturaliter, id est, ex consuetudine à quodā ex præceptorib-
us nostris expositū fuisse: qui similiter inquietab intelligendam esse. l. in causæ. 1. §. idē Pomponius. ff. de minor. l.
itē. 22. §. quemadmodū, ibi concessum. ff. locati. adiuncta. l.
si voluntate. 8. ad med. C. de rescind. Quicquid circā aptā
eiusdem verbi explicationem in omnia se verterint Cou.
lib. 2. resolut. c. 3. nu. 2. Pinel. in. l. 2. C. de rescind. 1. part. c.
3. nu. 32. Nam & apud Latinos illud naturaliter euenire
dici, quod ex consuetudine euenit. l. 2. §. his legibus. ibi, vt
naturaliter euenire solet. ff. de origine iuris. Esse verò con-
suetudinem alteram naturam facile comprobat celebre Il-
lud apud medicos problema, cur scilicet nuda facie, reli-
quo amicto corpore, cùm simus, in maximo tamen frigore
reliquum quidē corporis rigeamus, faciem minimè: hanc
enim questionem consuetudo dissoluit, assuevit namque
facies aéri tolerando semper aperta, & exposita, cùm ta-
men varium reliquo corpori vélamen obtendatur. Vnde
& Philo in lib. de Abrahamo, Inueterata, inquit, consue-
tudo plerunq; tantum potest, quantum natura. Quod in
liberis optimè perspicitur secundum Chassan. 2. part. con-
fid. 24. vers. 1c. ad hæc filij, qui ex assidua parentum, cunq;
ipsis iam nata familiaritate, & consuetudine, ita illorum
mores induunt, vt verissimum sit illud,

Sæpè solet similis filius esse patri.

Quod latius exornat idem Chassan. part. 11. confid. 25:
licet non ignorem Baldum vterius progressum: qui cum
alijs affirmat consuetudinem potius inspici, quam natu-
ram per textum in. l. 1. vers. bestias autem, ubi Additio-

marginalis. ff. de postul. Nec interim me latet, quo pacto sit illud intelligendum, consuetudinem alteram esse naturam: Procedit enim hoc in rationalibus tantum. Nam, ut inquit D. Thom. super Boët. lib. 2. profa. 1. natura non assuevit in contrarium, nam si lapis millies projectatur sursum, non assuevit ascendere sursum, cum natura eius sit descendere, licet in hominibus contrarium contingat, ut videre est per eudem d. loco. lib. 3. metro. 2. hic vero cum naturam nomino, naturam tertio modo sumptu intelligo, quae est quedam vis, & potentia diuinitus insita rebus creatis, quae unicus rei suum esse tribuit, ut eam definit D. Augustin. relatus à Tho. d. loco. Quae cum ita sint, bonum ab eo, quod solitum est fieri, conficitur argumentum. 1. quod si nolit. §. quia assidua. ff. aedilit. edit. Chassan. multos referens. 1. part. consid. 38. conclus. 45. vers. & quod. cum sequentibus. Sed ne, dum consuetudinem laudamus, consuetudinis rei sumus, ante omnia de Rubricæ continuatione agere oportet: deinde operam dabimus, ut viam nobis ad omnia, quae de consuetudine dicenda sunt, recta illius definitione supposita præstruamus.

2. Ius omne, ut diximus in Rubrica de Constitut. in scriptum, & non scriptum dividitur. §. constat. instit. de iure naturali. gent. & ciuili. Egit igitur Pontifex de iure scripto in titulo de Constitutionibus, & Rescriptis, nunc iam temporis, & ordo postulabat, ut ageret de iure non scripto, quod ab institutis spartanorum originem duxit: Nam, cum Athenienses ea, quae in legibus scripta deprehendissent, custodirent: Lacedæmonij quidem ea, quae pro legibus obseruatur erant, memorie mandabant. §. & non ineleganter. instit. eodem. Vnde apud illos autore Plutarcho in Lycurgo legum una sunt scriptis legibus non vti. Sic verbum illud,

illud, moribus, in l. 2. ff. vulgari, retrahendum est ad ius Lacedæmoniorum, quemadmodum vere, & peritè interpretata est glos. ibi, licet Alciat. lib. 4. Parerg. cap. 21. illud accipi velit pro iure ciuili, quod post. xij. tabulas prudentium consuetudine inductum est. Sic equidem intelligerem idem verbum in l. de quibus. ff. de legibus in principio, tametsi glos. & Doctores longè aliter intellexerint.

3. Hæc continuatio recipitur ab omnibus hic, ita, ut Philippus Decius, qui hactenus in superioribus Rubricis aliorum continuationes reiecit, in illam recalcitrare ausus non sit. Sed quid sit consuetudo, hoc opus, hic labor est. Ioann. Andr. citatus ab Abb. hic varias definitiones constituit: varias constituunt alij citati ab additione verb. consuetudo. Tandem ipse Bartholus Bartholi definitionem videtur approbare in l. de quibus. ff. de legibus, quae tamen ne suo quidem autori placuit, ut videre est per Dec. hic num. 18. Card. in cap. vltim. hoc tit. num. 9. varias etiam definitiones assert, quas, quoniam probaturi non sumus, referre non curamus. Quæ frequentiori Doctorum calculo recipitur, est definitio Isidori in cap. consuetudo. 1. dist. Est, inquit ille, consuetudo ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. Sed hæc potius descriptio, quam definitio dici debet, nec consuetudinis essentiam satis explicat, cum ex ea non colligamus, quo tempore consuetudo inducatur, nec de ratione verbum ullum, cum tamen ratio sit causa formalis ipsius consuetudinis, ex Abb. in cap. vltim. hoc nostro titulo. num. 15. Parisio consil. 27. nu. 50. lib. 1. & ita per causam ratio intelligenda est in glos. 2. cap. 1. hoc tit. in. 6. & glos. verb. breuitatem. cap. cum Ecclesia.

D 3 de

de causa possit quam reprobare eius sensum non percipiens additio ultima ad Abb. in c. dilectus, hoc titulo.

4. Missis itaque his, & alijs definitionibus, quas excogitant Doctores dict. locis, sit consuetudo, Ordinatio rationis in bonum commune per legitimum tempus moribus utentium constituta. Ordinatio rationis in bonum commune recte dicitur, quia, cum consuetudo substituit in locum legis, dict. cap. consuetudo. 1. distinct. & subrogatus sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur. 1. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caution. Chaffa. 1. part. confid. 38. conclus. 1. 8. non immerito per eadem verba describitur, per quae definitur lex iuxta ipsius definitionem, quam supra prescrisimus in Rubrica de Constitut. Sed antequam reliqua verba percurramus, haec eadem viam aperiunt illi questioni, utrum consuetudo contra legem obligantem cum peccato introducatur. Si enim consuetudo est ordinatio rationis, & ratio nihil patitur iniustum, videtur dicendum nullam cum peccato consuetudinem admittendam esse. Est tamen contrarium iure optimo defendendum. Licet enim subditi contra legem agentes peccent, iuxta sententiam Paul. ad Rom. 13. cap. violatores. 25. q. 1. Lex tamen usq; adeo detulit consuetudini rationabili, & prescriptae, ut illi legem abrogandi potestatem concederet, cap. vlt. hoc titulo. 1. de quibus. 31. ff. de leg. & hanc sententiam tuerit Caiet. 2. 2. q. 93. art. 3. & post Driedon. lib. 1. de libertate Christiana pag. 128. Xarmient. de redditit. 4. p. cap. 1. num. 12. col. 2. Quamuis enim omnia iura in hac consuetudine inducenda ratione exponscant: ratio tamen haec talis esse non debet, quae tollat omnem violatorem legis culpam, sed satis est, ut eam extenuet, & consuetudinem aliquo modo cohonestet ita, ut rationabilis

bilis illa dicatur, quae cum aliquo rationis praetextu ad inducendam consuetudinem, sed non ad tollendam absque consuetudine legem sufficientis inducatur. Sic in simili iusta causa ad concedendam dispensationem dicitur illa, quae non sufficit ad tollendam legem, contra quam dispensatio conceditur. Tu tamen hac de re, si cupis hunc locum amplius dilatare, vide Ang. in d. l. de quibus, vbi Ias. num. 49. post alios Aymon de antiqu. 4. part. c. transfo. num. 16. Hostiens. in cap. 1. de treuga, & pace. Ioan. Andr. Sicul. nu. 72. in d. cap. vlt. de Consuet. Card. & Imm. nu. 5. in Clem. vlt. de æt. Bart. oppositione. 6. in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, Sot. 1. de iustitia. q. 7. art. 2. in fin. Advertendum tamen est, consuetudinem, dum introducitur, debere esse rationabilem: postquam vero legitimè introducta est, tum demum esse ordinationem rationis, & ea utentes nullum peccatum admittere, immo liberos esse ab omni culpa, qua ante illius perfectionem implicabantur. Haec de ordinatione rationis.

5. Accedamus nunc ad alterum illud verbum in definitione positum, per legitimum tempus. Praebet enim occasionem alteri questioni, quo nempe tempore consuetudo perficiatur. Et Hostiens. hic num. 3. §. obtentus videtur concludere in omni consuetudine, siue contraria, siue præter ius illa sit, 40. annorum spatium esse secundum canones necessarium. Innoc. tamen in cap. cum dilectus, nu. 6. Card. in cap. vlt. nu. 27. & alijs, hoc titulo, existimant præter ius consuetudinem spatio decem annorum induci: cum enim sufficiat id temporis de iure civili, patet ex Rubrica. C. quæ sit longa cons. iuncto cap. Placuit. §. potest. 16. q. 3. nec contrarium reperiatur in canonico, illi standum est iuxta huius decisionem in cap. 1.

de noui operis: si verò consuetudo sit contra canones, tunc spatiū quadragenale requirunt, idq; probat Card. ex cap. 3. hoc titulo. lib. 6. vbi Pontifex requirit, vt consuetudo sit præscripta canonice, id est, vt ille interpretatur, secundum canoniam præscriptionē, & erat illa consuetudo contra ius cap. Episcopus nullius. 15. quæst. 7. cap. quanto de his, quæ sunt à Præl. Hostiens. verò putat hanc quadragenariam consuetudinem expressè probari in cap. olim. 20. de cens. vbi spatiū sex, & triginta annorum ad illam inducendam satis non fuit: sed tamen ille textus in præscriptione loquitur, non in consuetudine, quas Doctores promiscuè, & indistinctè confundunt: licet aliquando ipsi quoque Pontifices consuetudinem pro præscriptione usurpent, sed id impropiè, & latissimo quodam modo, vt patet ex cap. cum Ecclesia, ibi consueverunt, & ibi, de consuetudine speciali iunctis verbis sequentibus, ibi, usque ad præscriptionem, de causa poss. aduertit Abb. in cap. vlt. num. 20. hoc titulo. Gaudeat itaque præter ius consuetudo decennij præscriptione, dummodo illa, quæ contra ius est, non, nisi quadragenali, contenta sit.

6 Quo autem pacto consuetudo probari possit, vtrum binus actus ad eam sufficiat inducendam, & maior pars populi illa videntis requiratur, disputat Hostiens. num. 5. Innoc. 1. & alij hīc, ex quorum dictis, & ex Abb. in cap. vlt. num. 17. Card. 21. gloss. & Doctoribus in cap. consuetudo 1. dist. & in l. 3. C. de Episcop. audientia, facile colliges huius dubij resolutionē, quam nos ad alia properantes coacti prætermittimus.

7 Neque verò illud contemnendum est, violatores laudabilis, & honestæ consuetudinis, qualis profectò est ea, quam per ordinationem rationis definimus, mortalis cri-

minis

minis reos esse. Cùm enim lex ipsa in foro obliget conscientiæ, vt diximus in Rubrica de Constitut. & probat gloss. in c. quæ in Ecclesiarum. verb. constituerunt, de constitut. Castr. de l. pœnali. lib. 1. c. 4. Cou. multos referens de sponsa. 2. part. c. 7. §. 7. nu. 9. optimè efficitur eandē quoq; vim consuetudinem habituram iuxta c. consuetudo. 1. dist. iuncto. §. fuerat. in stat. de action. Sic mortalem culpam incurrit ille, qui in Ascensionis dominicæ vigilia approbatum consuetudine ieunium violauerit: quod habetur inter constitutiones Episcopatus Conimbricensis; quas aliquādō per otium percurrere contigit mihi, titulo. 10. constit. 1. Cùm enim aliás consuetudo ob amica voraci gula irritamenta, & inimicum fidelium, si tamē hi fideles dici possunt, ad sanctissimas Ecclesiæ Catholicæ constitutiones torporē, & segnitiem, ieuniorū numerum, quantum possit, attenuare soleat: ad maiorem tamen huius diei felicissimæ celebrationem piæ Catholicorum mentes, vt aliquid de suo afferrent, & mente liberiū in cœlum eleuata ascendentem dominum, si non oculis, saltē animo, & cogitatione, prosequerentur, hoc tam laudabile, tamq; multis de causis commendandum vniuersali totius penè Ecclesiæ consuetudine ieunium inuixerunt. Quæ, vrmeliū nosse possumus, quātis sit laudibus excienda, videndus Cou. lib. 4. var. c. 20. quam constanter obseruanda, Augustin. in c. in his. 11. dist. Chaff. 3. part. confid. 23. vers. quas quidem.

8 Sed iam opera pretium facturus sim, si, quibus signis consuetudinem à præscriptione internoscamus, explicare contendam: passim enim consuetudo, & præscriptio apud Doctores promiscuè usurpantur, indiscreta quidē iurisperitis nomina, sed ingratus rectè exponentibus error. Non est enim cuiusvis saltē in multis consuetudinem à præscri-

D 5 ptione

piione distinguere, effectu tamen, quantum inter utramque interfit, intelligitur. Varij varia sentiunt: & ultra eos, qui hac de re communiter agunt, & referuntur ad Couar. in reg. possessor. 2. part. §. 3. num. 2. noster est Hostiens. h̄c nu. 13. Dec. 11. sed, quoniam ex utriusque iuris interpretum resolutionibus non facile est colligere huius nodi, & questionis resolutionem (sunt enim valde dubia, quae ab illis deciduntur) enitendum nobis met ipsiis pro viribus est, ut, quod ardenter cum ceteris concupiscimus, praeceteris felicitate assequamur. Et, quamuis Hostiens. sex inter consuetudinem, & præscriptionem differentias assignet, nos dimidia parte contenti tres tantum constituemus, sed, quae fortasse apertius essentiali utriusque dissimilitudinem nobis ante oculos proponant.

9. Prima sit, quod præscriptio semper eò tendit, ut præscribentem locupletiorem reddat: cum tamen consuetudo nihil aliud efficere conetur, quam, ut legem quandam inter eam introducentes constitutat. Vnde, licet aliquando per præscriptionem alicui communitati ius quaeratur, ut in cap. 1. cap. sanctorum, cap. auditis, cap. cum ex officijs de præscript. id tamen sub ratione cuiusdam particularis acquisitionis sit, & soli corpori facto illud emolumen accrescit: quod secus est in consuetudine, quae non soli corpori facto, sed singulis prodest, & sub ratione cuiusdam ordinationis introducitur, & ad locupletandum principaliter non tendit: idque aperte patet ex utriusque institutione: præscriptio enim adiuvanta est ad distinguenda singulorum dominia. l. 1. ff. uscap. & dominij acquisitionis dicitur in l. 3. ff. eodem: consuetudo vero inducta, ut subiret vicem legis. l. de quibus. ff. de leg. quae, cum sit ordinatio rationis, ut saepè diximus, ita idem est de consuetudine

Etine dicendum iuxta gloss. verb. successerunt in c. Ecclesia. 3. ut lite pendente.

10. Secunda sit, quod præscriptio, licet in bonum commune dirigatur, neminem tamen fouet, nisi, qui per se, vel per alium legitimo tempore usus est: consuetudo neminem excipit, omnes ad se vocat, non minus vertentes, quam, qui nunquam sunt usi, tueruntur, atque defendit: requirit enim præscriptio particularem possessionem eius, qui sibi vult adquirere, regul. sine possessione lib. 6. cum non aliter, quam mediante illa possessione adquisitio resultet, dict. l. 3. ff. de uscap. consuetudo, cum particularis non sit adquisitio, nempe, quae lex communis censeatur, vertentes, vel non vertentes parum curat, & ne legi sit dissimilis, omnibus similiter communis est iuxta cap. erit autem 4. dist.

11. Ultima sit, quod præscriptio nullam publicæ utilitatis, nullaque boni publici causam exigit: consuetudo sine hac utilitate, & sine huius boni publici ratione consistere non potest: illa namque iustis de causis introducta. l. 1. ff. de uscap. satis est, si solennitates habeat iure necessarias; lex enim in communi iusta non ob id cessat, quod in aliquo particulari casu à ratione deficiat. l. prospexit. ff. qui, & à quibus: haec vero commune bonum, & utilitatem spectare debet, cum legem agat, & pro lege suscipiat, ut est in hac Rubrica iterum, atque iterum repetitum. Liceat enim nobis hac in re battologissare, quamvis non ignoremus, quam sit battologiæ vitium fugiendum, quod tunc committitur, cum eadē saepius revertuntur, quale inquiunt esse illud apud nostros Pontifices in Rubrica, de statu monachorum, & canonicorum regularium. Frustrà enim aiunt additum, regularium, cum cano-

canonicus regularem significet, & idem sit Canon apud Græcos, quod est apud Latinos regula iuxta Catapodas Martiani in Græca Chrysippi verba in l. 2. ff. de leg. &c. Canon. 3. dist. ex Isid. lib. 6. ethymolog. c. 16. defenditur tamen illa Rubrica à Cou. licet de illa mentionem non faciente, nec de battologie vitio agente, in Clem. si furiosus 1. part. in initio. num. 3. quale item aiunt esse illud apud Imperatores in Rubrica. C. de seruitutibus, & aqua, cum frustrè verbum aqua additum sit, quod iam sub verb. seruitutibus includebatur. Sed hoc etiam excusatur à glossa ibi, vltra quam dici potest speciem qualificatam sub genere non comprehendi, & ita etiam intelligi illud Christi Domini, dicite discipulis, & Petro. Cae tamē, ne dixeris Battologiae vitium in sacris literis reperiri: si enim legas libros Moysis, Exodi, Leuitici, Numerorum, Deuteronomij, inuenies multa, vel in eodem capite saepius repetita; quod tamen ita diuinitus factū fuit, ne possent Iudæi mandata, & præcepta Domini trāsgredientes aliquo ignorationis velamine peccata sua contegere, quin potius diuina verba toties illorum auribus inculcata diuinam aduersus homines furentissimos vindictam ardentius excitarēt. Ne verò nos Tiraquellus parum sibi æquos, & fures, vt facere solet, plusquam manifestarios appellat, licet nihil ex his, quæ diximus, illi debeamus, de battologia tamen, & eius origine, & significatione legimus quandoq; aliqua apud eum in legibus connubialibus post legem, ni fallor. 8. Sed de Consuetudine satis multa. Postulat enim iam breuitas consueta, vt consuetudine omissa ad postulationem accedamus.

(. . .)

AD

A D R V B R I C A M, D E
Postulatione Praelatorum.



Ernardus glossator ita cōnebat hunc titulū cū titulo superiore: egit Pontifex de iure scripto, & de iure nō scripto: & quoniā parū effet iura condere, ni forēt, qui eadem tuerentur. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. ideo de ipsis ministris merito erat dicendum; qui cum aliquo ex his tribus modis assumātur, postulatione nempē, electione, & translatione, de his omnibus tractat Pontifex incipiens à postulatione; quia gratiæ innititur. Hūc vsq; glossator. Doctores nostri sunt sicut grues, uno conuolante, reliqui sequuntur, continuationē hanc omnes amplexi sunt. Libenter tamen quæsierim à Bernardo, vtrū tam infelicitis sit memoriæ, qui iam fuerit oblitus se in rubrica de rescriptis cādem nobis ijsdem fermè verbis continuationem proposuisse: nisi fortassis sit hæc continuatio bolū illud Armenianum, quæ alio nomine terra sigillata dicitur, cuius ea est natura, vt ex sentētia Galeni, sicuti mihi retulit Galenus mihi alter Loffa noster, omni inualetudini inseruiat, & vniuersis morborum generibus applicetur. Enim uero, si hoc in loco apte, & congruenter de iurum exequitoribus agendū erat, nonnē aptius, & cōgruentius foret titulos de officio ordinarij, & de officio deleg. hūc transferre: hi sunt enim propriæ illi, iudices, quibus iuris custodia à iure commissa est. Quid igitur dicendum?

2 Constituit Pontifex superius generales de iure titulos, nunc iam ad speciales descendit. Et, quoniam ædificium Ecclesiastice hierarchię constat ex his potissimum, qui

62 De Postulatione Prælatorum.

qui ad publicā eiusdē munera, ad dignitates, & officia eue-
hantur: maximē conueniebat Ecclesiastico legislatori, quo
iure in his electionibus procedatur, ante omnia explicare.
Cunq; illæ tripliciter perficiātur, per postulationem, ele-
ctionē, translationē, idcīrcō de his omnibus specialiter ru-
bricas edidit. Sed, si quærat aliquis, quare à postulatione
Pontifex incepérit, caue, ne illi respondeas cū Panorm. fe-
cisse id Pontificem, quia postulatio innititur gratiæ. c. 3. in
fin. hoc titulo: dicet enim tibi Panormitomastix Andreas
Siculus tuo te gladio iugulatum, ob eam namq; causam à
titulo de electione potius incipiendum, quia gratiæ postu-
latio, electio iuri nititur, quod gratia potentius est. l. eius
militis. 34. §. militia missus. ff. de test. milit. Nec item con-
fugias ad Card. præpositū fuisse hunc titulū titulis sequen-
tibus, quia postulatio est electioni prævia, & ad electionē
præparatur. cap. innotuit. de electione: vrgebit enim Dec.
translationem similiter electioni esse præviam, & ad elec-
tionem præparari, & per postulationē fieri. c. fin. de trans-
latione Episcop. Nec obstat, si ad id respondeat idē Dec.
diuersam reperiri in translatione rationē, quia translatio
præsupponit dignitatē iam creatam, postulatio creandam:
potest enim instare in hoc etiam titulo de dignitate agier
iam creatā, omnia enim illius capitula de translatione lo-
quuntur. Dic itaque eam ob causam anteire hunc titulum;
titulum de electione, quia ad eam præparatur, & à præpa-
ratorijs inchoandum est. Dec. in rubrica de iudic. in prin-
cipio: titulum de translatione, quia illo generalior est, &
comprehēdit tam eos, qui transferendi postulātur, quām;
qui alios patientur defectus, à superiore, vt legitimē eligi
possint, remouendos. Sed longiores, quām par erat, in ru-
bricæ continuatione facti sumus.

3 Explosa

63 De Postulatione Prælatorum.

3. Explosa definitione gloff. in. c. vnic. hoc titulo. lib. 6.
definitur postulatio ab Abb. hic, vt sit petitio gratiæ à supe-
riore, facta de promouendo aliquem ad prælationem, ad
quam de iure communi propter defectum aliquē, vel im-
pedimentum promoueri non poterat. Hæc definitio reci-
pitur ab omnibus, & ad eām reducitur Hostiens. secundūm
Dec. hic nu. 3. quod nempè postulatio sit alicuius personæ,
quæ eligi prohibetur non propter vitium, sed propter de-
fectum, qui tamen postulatum non omnino inhabilē red-
dit, concors, & certa capituli facta petitio. Vtraq; tamen
definitio placere non potest. Etenim membro mutilatus
non propter vitium, sed propter defectū promoueri non
potest, & tamen nēc postulari. c. exposuisti. de corp. vitiat.
Item bigamüs propter defectū prohibetur eligi, & tamen
postulari nequit. c. 1. & 2. de bigam. Nec respondeas cum
Hostiens. hos, & similes defectus omnino inhabiles red-
dere postulando: non ita verò dicendum de alijs, qui po-
stulando non omnino reddunt inhabiles, veluti si defe-
ctus proueniat ex ætate, ex natalibus, ex ordinibus, & si
milibus: exponat enim quæso nobis Hostiens. quo pacto
cognoscere possimus, qui defectus omnino, & qui nō om-
nino inhabiles reddant, cùm tamen vtrisque existentibus
nemo eligi possit, cùm sit electionis incapax. Vnde pro-
uenit istud omnino, & istud non omnino; Nam, vt verum
fatear, id omnino ignoro.

4. Exactis itaq; his definitionibus: semper enim aliquid
nouirimari conatus ab alienis, quantum possum, abstineo;

Ne, si forte suas repetitum venerit olim

Grex auium plumas, moueat cornicula risum:

Sit postulatio, petitio gratiæ à superiore, ad tollendā pro-
mouendi inhabilitatem iure postulari non prohibitam.

Maxime

Maxime verò iuuat definitionē nostram doctrinā Card. in.c.vlt.hoc tit.num.5. Ait enim ille regulam esse , quēlibet eligi posse,nisi prohibeatur.c. postquam.de electione: rursus, quēlibet eligi prohibitūm postulari posse, nisi itidē prohibeatur.c. 1. ibi. propter postulatam personā, hoc tit.

5 Ex hac definitione iam aperte cōstabit, qui postulari, & qui nō postulari possint. Patiens enim in natalibus defectum.c.innotuit.in ætate.c.cum nobis olim: de electio- ne,postulari potest, quia iure non prohibetur. Bigamus verò.c. 1.&.2.de bigamis. mēbro.mutilatus.c. exposuisti. de corpore vit.postulari non potest,quia vtriusque postu- latio iure expressè prohibetur. Sed, quoniam, vt inquit Alexander Aphrodiseus: opera Angeli Politiani latini- tate donatus in lib. solutionum super nonnullis physicis dubitationibus, haud ijs tantummodo acquiescendum est, quæ ad vniuersum feruntur, sed tanquam manu ducendus, qui eruditur, casus ipsos speciales,in quibüs aliquis potest, aut non potest postulari, videre poteris sigillatim per Card.in.d.c.vlt.à num.5.

6 Aduertendum tamen est ad exactiorem huius tituli declarationem,duplicem esse postulationem; alteram so- lennem,quæ sit ab eo,qui dispensare potest, & alterā non: solennem,quæ ab eo sit,qui non potest dispensare, sed cu- ius tamen requiritur consensus,veluti,cum consensus Ab- batis in religiosi alicuius promotione postulatur, iuxta.c. si religiosus. de electione.in. 6. quod colligitur ex Abb. citato à Dec.hic num.12.

7 Quo autem pacto à nominatione postulatio distin- guatur,vide per Hostiens.hic num.7. Et, vtrum postulatio ius conferat, per Abb.in.c. 3.nu.8. per Hostiens. num. 12. à quo fieri possit,per eundem num.9.&, qui dicantur de-

niq;

niq; prælati,&, de quibus agatur in hac rubrica , per Dec. num.,.Cæterum taceat scenam deferens postulatio: adest enim iam electio suam personam actura.

A D R V B R I C A M

de electione, & electi potestate.



Vius rubricæ continuationem pete à rubrica superiori. Sed dubitari potest, quænam fuerit ratio, cur prius titulus de electione , quām de translatione positus fuerit, cum translatio sit electioni subordinata, & à subordinatis incipiendum,vt & superiùs attigimus. Hanc dubitationem tollit in titulo præcedenti Cardin. Zabarella, cui nimium deferre soleo vel ob id maximè, quod præceptor fuerit Abbatis nostri, eumq; ad doctoratus apicem euixerit, vt testatur idem Abb.ea se de re nimium iactans in rubrica de Iudic.Ait ita- que Cardin. præpositam electionem, quia electio modus est ordinarius prouidendi, & ideo præmittendus transla- tioni,quæ est quid extraordinarium,& in episcopatibus,& superioribus dignitatibus solum per summum pontificem fit: totus titulus,de translatione episcopi.

2 Definitur electio,quòd sit alicuius personæ ad digni- tatem, vel fraternalm societatem canonice facta vocatio. Hæc definitio à glossis originem habens ad omnes ferè doctores deriuata est. Illam enim tradit glossa in Rubrica de postulat.prælat.lib.6.& in.c. 1.verb. vera,eodem titulo, & lib.Illam Abb.in eadem Rubrica nu.2.Hostiens.in sum- ma huius tituli nu.1.Boer.decisione.1. in principio,Petrus

E de

de Biassio in directorio electionum. 1. part. c. i. num. 2. & multi alij. Memini tamen me alias, cum relegerem duobus abhinc annis. c. cum iam dudum, de præb. in Bacchalaureatus examine in primo reelectionis præmisso, definitionem hanc omnibus prouidendi modis competere afferuisse. Cōpetit enim institutiōi, præsentationi, & similibus, per quas omnes ad dignitates, seu fraternas societates aliquis vocatur. Non est hæc itaq; bona definitio, quæ cum suo non convertitur definito iuxta l. i. §. dolum. ff. de dolo.

3 Supposita igitur distinctione inter electionem, confirmationem, præsentationem, institutionem, collationem, de qua per Abb. in. c. autoritate, de institut. per Dec. in hac Rubr. in princip. per Hostiens. nu. 2. ad med. dici potest electionem in genere sumptam, prout in hoc titulo accipitur, esse assumptionem alicuius ad aliquem locum à superiore confirmandam. Hæc definitio omnes difficultates tollit, & soli electioni conuenit, verba enim illa, à superiore confirmandam, essentialem differentiam constituunt inter omnes alias prouisiones. Rursus hæc definitio electionē summi pontificis includit, de qua in. c. licet, includit etiam electionem imperatoris, de qua in. c. venerabilem, hoc titulo. Petit igitur hic locus, vt in gratiam horum capitum vnde hæc electiones, quæ hodie in p̄tificis, & imperatoris obitu obseruantur, originem habuerint, explicemus.

4 Fuit verò necessè, vt rem hanc pro dignitate tractaremus, ad historicorum viridaria nos conferre, in quæ aliquando diuertimus, non tam animi oblectandi causa, quamquam & ob id quoque, est enim suaissima illorum familiaritas, quam, quod iurisperitis antiquarum rerum notitiam haud parum esse necessariam semper existimauerim. Idque ultra Max. Tyrium in sermone, 12. Chaffan. part. 10. confid.

confid. 46. à veteribus didici Iurisconsultis, quorum Modestinus Periochen in Virgilium composuit, idemq; græcè disertauit: Antistius quoq; labeo non iuris scientiæ solum, sed & alijs studijs tantum operæ dedit, vt in eis etiam peritissimus haberetur: quo in albo & Seruiū Sulpitium oratorem celeberrimum erudit i omnes ponunt, Iabolenumque, quorum responsis, ceu gemmulis, Digestorum libri creberimè resperguntur. Quæ verba, ne crimen plagij committere videamur, propter ipsorum nitorem descripsimus ex epistola Alciati in laudem Cornelij Taciti, quæ tanti est habita apud doctos, vt ex ea se, quantus fuerit Alciatus, deprehendisse dicat Erasmus in Ciceroniano.

5 Fuit itaq; Nicolaus. II. ille pontifex, cui Cardinales summi pontificis electionem debent: ille enim instituisse fertur, vt illi soli ad eam admissi optatissimū viduatæ Piscatoris Ecclesiæ vicarium, & gubernatorem darent. Idq; ultra pontificalis, & imperialis historiæ scriptores, illos in vita Nicoli. II. hos Henrici. IIII. non latuit Gratianum nostrum indefessum antiquitatis indagatorē in suo aureo decretorum volumine in. c. in nomine domini. 23. dist. Vnde sunt explodendi doctores, qui summi p̄tificis per Cardinales electionem iure diuino introductā esse dicūt: hic autem error originem trahit ab altero, quo affirmatur cardinales iuris esse diuini argumento sumpto à. c. fundamenta, vers. decet, de electione in. 6. & c. per venerabilē, vers. rationibus, qui filij sint legitimi, qua de re Barb. de præstātia Cardin. quæst. 1. nu. 27. cum sequentibus, quam etiam opinionem valdè adiutat Ludouicus Cœlius lib. 6. lectionum antiquarum. c. 1. vbi affert huius nominis ethymon, à quo non dissentit gloss. in. c. 2. verb. Cardinalium, de officio archipresb. Patenter tamen ferant illustrissimi Cardinales,

E 2 si ipso-

si ipsorum officium iure humano constitutum esse dicamus: quod si se iure suo fraudatos putant, cum Erasmo Rhoterodamo, & Virgilio Polydoro contendant, quibus autoribus hanc illis à iure diuino propagationem denegauit noster Philippus in sua repetitione à nobis sæpius repetita. 6. part. §. 50. inferò. Tu Cardinalatus originem pete ab historicis in vita Euaristij, quarti à Petro pontificis, ut opinatur Carranza in summa concil. siue sexti, vt vult. D. Hieronymus, & in vita Innoc. IIII. & à Petro Mexias in vita Traiani, Henrici. IIII. Cunradi, & Guillielmi, & ipsius priuilegia à gloss. verb. sublimitatem in extrauag. execrabilis, de præb. Ioann. XXII. & vtrum pontifex teneatur Cardinalium in rebus fidei definiendis consilium exigere, ab his, quos citat Cou. lib. 10. var. c. 10. num. 12. Chaffan. 3. part. confid. 47. vers. nec in hoc cum sequenti, &. 4. part. confid. 10. vbi de Cardinalium numero, dignitate, titulis, præcedentia multa scitu dignissima referuntur.

6 Cæterùm, quoniam Dec. h̄c num. 3. aduersus Abbatem, qui confirmationem adeò electioniaffinem esse dicit, vt nulla possit esse electio, quin cōfirmationem desideret, summi pontificis obijcit electionem, quæ vera electio est, & non indiget confirmatione: Reperiemus, si vetera consulamus, antiquis temporibus Romanos imperatores ius confirmandi summos pontifices, siue iure, siue iniuria obtinuisse: donec Constantinus. IIII. imperator tempore Benedicti. II. pontificis hoc iure cessit, quod tamen ob euittanda scandala, & sedandas imperatorū cum Romanis patribus discordias tolerabatur. Adrianus vero. II. ob egregia Caroli imperatoris in Romanam Ecclesiam, eiusque vicarios merita hoc ei ius confirmandi pōtifices, ipsiusque successoribus à Constantini tempore extinctum iterum

conces-

concessit, idque colligi videtur ex cap. Adrianus. 63. dist. quod tamen Ludouicus Pius à se iterum pīssimo animo ablegauit, tempore Paschalis. 1. vt constat ex. c. ego Ludouicus, eadem dist. Qua cessione non obstante consuerunt semper pontifices summi suas electiones ad imperatores confirmādas mittere vsque ad Ludouicum Ludouici Pij nepotem, quo volente mos hic omnino nūquam amplius excitandus in desuetudinem abijt. Videbānturque, vt erant illa tempora fortunata, pulcherrimam summi pontifices cum imperatoribus contentionem inuicem iniisse, illi imperio tantam superioritatem concedentes, his verò concessam in Romanam Ecclesiam conuentibus. Hæc de electione summi pontificis, super qua quinq; iam constitutiones emānauerunt, quas vide per Abb. in d. c. licet. num. 8.

7 Nemo est autem, qui ignoret non solum ex doctrina initiatis, sed literarum quoq; profanis, vt interim Macrobij verbis vtar, Gregor. V. pontificem max. tempore Othonis III. imperij electores creauisse, quorum nomina referuntur à gloss. in. c. 2. verb. illi autem, de re iud. lib. 6. quæ creatio cum à plærisque anno salutis. 1002. constituta feratur, id tamen verum esse non potest, cum Gregorius eius autor omnibus consentientibus anno. 997. fato cesserit; ni hanc annorum computationem ad obitum Othonis referre velis, quo moriente Gregorij constitutio in Henrico. II. primò obseruari cœpit, & ideo ferunt aliqui editam fuisse à Syluestro Gregorij successore. Continebat autem illa cōstitutio, vt electus non statim imperator, sed Romanorum rex appellaretur, donec à summo pontif. coronam, & confirmationem acciperet. quod tamen parum curauit Rodulphus imperator Italiam ad coronam suscipiendam co-

E 3 gitare

gitare nolens, petita excusatione à scitissima illa vulpis cum ægroto Leone fabula, cuius historiæ & nostris abhinc annis aliud agètes meminimus in nostra ad comitem Alcoutinium Panegyre in parentis Emmanuelis creationem non longè à principio. Multa autem de imperatore, & eius dignitate, & excellentia, & de significatione triplicis coronaæ, ferreaæ, aureaæ, & argenteaæ, quam accipit, Chafsan, in Cathal. 5. part. à confid. 27. cum sequentibus.

8. Ex nostra autem definitione iam insertur rectè sensisse Abb. in. c. autoritate, de institut. num. 6. confirmationem propriè fieri de electione, & Card. in Clem. quia continet. §. vt autem. 4. notab. de religios. domibus, & Rochum de iure patron. quæst. 6. confirmationem efficere, ut beneficium electiū dicatur, malè reprehensos à Dec. hic nu. 2. cum sequentibus. Electio enim, vt optimè ait Hostiens. hic num. 26. confirmationem gignit. c. postquam, confirmatio concedit administrationem. c. transmissam. c. nihil, hoc titulo. Nec obstat, si obijcas cum Dec. in summi pontificis electione confirmationem non requiri: ecce enim tibi respondet Hostiens. d. loco, summum pontificem eligendo confirmari. c. licet, hoc titulo. Vnde & in ea electione confirmationem interuenire virtualem, & interpretationiam defendimus, & affirmamus. Nec in ep̄a erit responsio, si dicas id in summo pontifice speciale esse, quod decimo loco refert Abb. ex tredecim, quæ in electione summi pontificis cōcurrere afferit in. d. c. licet nu. 8. quibus adiunge & aliud satis adnotandum ex Felin. in. c. Capitulum sanctæ Crucis, in fin. de rescript. Ne autem insultet hīc aliquis, & nactum definitionem nostram cauillandi occasionem se putet, quæ saltem quoad confirmationem summi pastoris electionem non comprehendat, Quintinum Hædium in

Exe-

Exegesi. c. de multa, de præb. patronum aduocabo, qui in iurisperitorum definitionibus nō id requiri affirmat, quod apud dialeūticos, vt scilicet omnem euacuēt ambitum definiti, conuertantur cum definito, dicāt quod quid est, &c. cum definitio secundūm philosophum. 7. metaphysic. sit sermo indicans, quid est esse rei per essentialia: non enim Iurisconsultorum esse acutas istas ineptias, periculosas quidem in iure, vt Vlpianus ait in. l. omnis definitio. ff. regul. iur. quas subuertere non magnus sit labor: satis esse nobis ad definiendum, si non falsò, nec vulgariter propriam vnam vocabuli definitionem præscribam, nec enim in definitione iuris exprimi debere omnia ad rationē definiti necessaria: tueturq; Quintinus suā opinionem autoritate Dec. & ante eum Panorm. in rub. de iudic. siue igitur eligendo summus pont. confirmetur, siue speciale sit in summo pontifice confirmationē nō indigere, qui superiore, per quem eius electio confirmari possit, in terris non habet: manifestum sit electionem totam à confirmatione pendere, & de intrinseca ipsius ratione confirmationem esse ita, vt quemadmodum flores arborum, vt inquit alius, vice præconum instantem fructuum paritudinem præmōstrant, sic electio futuræ confirmationis sit prænuntia, & in eam suo quasi iure conuertatur.

9. Quæ autem in electionibus forma sit obseruanda, docet pont. in. c. quia propter, hoc titulo, ad quam etiam pertinent illa capita huius tituli, cum dilecti, Cumana, in Genesi, causam, considerauimus, cum terra, cum inter vniuersas, quod sicut, auditis, cum in iure, coram, bonæ, 1. & 2. & si quæ sunt alia.

10. Quo tempore celebrari debeat electio, assignat. c. ne pro defectu, quod in cathedralibus, & regularibus tantum

E 4 Eccle-

Ecclesijs locum habere interpretata est optimâ legum interpres consuetudo: in reliquis verò sex menses præficiuntur ex. c. 2. de concessione præb. qua de re vide optimam gloss. in. c. si. electio. 26. verb. aliam, hoc titulo in. 6.

11. Cum sit autem de eligendo prohibitorum edictum ita, vt quilibet eligi possit, qui à iure non prohibeat, vt diximus in titulo præced. de prohibitis vide. c. cum in cunctis, quia diligentia, super eo, cum nobis, innotuit, cum inter canonicos, dudum. 1. & 2. venerabilem, inquisitionem, quisquis, &c. deniq; pen. hoc titulo. Et, vtrum sit electio variabilis. cap. causam, cum inter canonicos, in causis, publicato.

12. Illa verò electi potestas, de qua in secunda rubricæ parte, in eo consistit, vt electoribus etiam in uitis confirmationem petere possit, vt constat ex. cap. cum inter canonicos; quæ pars suam quoque capitulorum partem habet in hoc titulo, significauit, licet, nosti, suffraganeus, transmissam, nihil ad fin.

13. Plura dicerem, ni titulus de translatione Episcopi aurem velleret, & vt iam nos in eum transferamus, admoneret.

J A D R V B R I C A M

de translatione Episcopi.



Ranflatio præter alias, quas apud bonos autores significationes habet, tropus est apud rethores, cum frequentissimus, tum longè pulcherrimus, cum nempè nomen, aut verbum transfertur ex loco, in quo proprium est, in eum, in quo

quo aut proprium deest, aut translatum proprio melius est, idque fit, aut, quia necesse est, aut, quia significantius, aut, quia decentius. Dicitur græcè metaphora, qua non solum vtuntur ipsi rethores, vt latè prosequitur Quintilian. lib. 8. c. vlt. sed nostri etiam passim Iurisconsulti, quale est illud Vlpiani in. l. 1. ff. de Iustitia, & iur. hinc descendit maris, atque fœminæ coniunctio. Verbum enim, descendit, translatum ibi est, cum propriè significet ex loco superiore in inferiorem se conferre, vt descēdere ex equis apud Liuium, descēdere in inferiorem ambulationem apud Ciceronem. Non sit autem mirum, si Iurisconsulti tropis vtantur, cum teste ipso Valla, quem Iupiter ipse linguae suæ censem timebat, cum relegeret, vt ipse gloriatur in procœmio. lib. 3. suarum elegantiarum, quinquaginta digestorum libros ex plærisque voluminibus Iurisconsultorum excerptos, Iuris quidem consultis nihil sit, quod addi, adimiūt possit, non tam eloquentiæ, quam materia illa non magnopere patitur, quam latinitatis, atque elegantiæ, sine qua cæca omnis doctrina est, & illiberalis, præsertim in iure ciuili. Nec me later verbum translatiuè diuersam apud eosdem Iurisconsultos significationem habere, vt patet ex Vlpian. in. 1. 1. ff. de iur. patron. Patronorum, inquit, querelas aduersus libertos præfides audire, & non translatiuè exequi debent. Translatiuè enim, siue translaticiè, vt alij Codices habent, idem est, ac, vulgari, & non accurata diligentia, vt accurata, & non vulgari diligentia explicat Bud. ex multorum testimonijis in. l. emptorem alias ex empto. 11. §. idem lib. ff. de action. empt. & idem penè est translaticiè, ac defunctioniè, quo verbo vtuntur imperatores in. l. vnic. C. qui numero tutel. se excusat, malè intellecto à gloss. ibi, verb. non defunctioniè. Idem enim ibi est non defunctioniè, ac si

E 5 dicere-

diceretur, non quæsito prætextu, vt sub leuium tutelarum obtentu iustis, ac molestis tutelis eximantur. Hoc est enim defunctoriè munus suscipere, vt ex latinis, & græcis probat Budæus, d. loco, & post eum noster Couarr. maximus quidem iuris, maior verò Christi sacerdos lib. 4. var. resolut. cap. 8. quæ adnotanda sunt ad aliqua Iurisconsultorum responsa, vbi verba defunctoriè, & perfunctoriè reperiuntur, minus percepta à glossis, & doctoribus ibi, quæ referunt Bud. & Cou. d. locis.

2. Sed, quoniam in troporum mentionem incidimus, ne nullum lapidem moueamus, videnda nobis est gloss. in c. forus verb. parte ablata, de verb. sign. licet ea nō tā de tropis, quā de figuris agat, quæ schemata græcè vocātur, vtraq; rāmen adeò inter se sunt coniuncta, vt non desint, qui tropis figuræ nomen imponant. Figuris verò illius glossæ addendæ sunt illæ, quas explicat Quintilian. lib. 9. c. 2. & 3.

3. Cæterum, vt ad rem proprius accedamus, pontifices in hoc titulo in longè diuersa à rhetorum, & Iurisconsultorum significatione translationis nomine vtuntur. Est enim translatio, prout accipitur in hac rubrica, de uno episcopatu ad alium autoritate principis mutatio. Colligitur hęc definitio ex ipsa rubricæ inscriptione, quæ de episcopi, non alterius dignitatis translatione agit, ex cap. mutationes. 7. quæstione. 1. vbi hęc translationes mutationes appellantur, & ex quatuor denique huius tituli capitulis, vbi summus pont. in eo totus est, vt translationes has non, nisi summi pontificis autoritate, fieri posse manifestè conuincat: idque probat in cap. 1. ex autoritate, ex illo scilicet generali priuilegio, quod beato Petro, & per eum Ecclesiæ Romanæ dominus noster indulxit, quod priuilegium glos. hic verb. priuilegio, Innoc. & Abb. de illo interpretantur,

quod

quod Petro concessum est Matth. cap. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & ibidem, Tibi dabo claves regni cœlorum, refertur in. c. in nouo, & cap. sequenti. 2. 1. distinct. hoc tamen nobis non placet: ea enim Christi verba non concessionem, sed promissionem continent, quam Lusitanè appellare possumus, *Alvara de Lembrança*, vt ex verbo futuri temporis, ædificabo, dabo, & similibus aperte constat, & optimè pungit gloss. in d. cap. in nouo verb. Tu es Petrus. Sunt igitur trahenda hęc pontificis verba ad illa Christi domini Ioan. vlt. Pasce oves meas, vt melius opinatur palinodiam čanens idem Abb. ibi, in principio. hęc enim sunt illa verba, per quæ omnis ecclesiastica potestas à Christo domino Petro, eiusque successoribus tradita est ante ipsius passionem Matth. 16. iam promissa, vt videre est per Sot. in. 4. dist. 24. quæst. 2. art. 5. Can. de locis theologicis lib. 6. cap. 3. de quibus verbis, &, quòd pastoris nomen in sacris literis prælationem importet, & analogum sit, & æquiuocum, nempè quod tam pastori, quam regi conueniat, qui pastor populorum dicitur, latè, & doctè Chaff. 3. part. confid. 30. Philo Iudæus in lib. de agricultura, & in lib. de vita Moysis. 1. Osorius de regis institutione lib. 4. Et post omnes omnium maximus præceptor meus in Cantic. c. 2. sub illo vers. dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.

4. Probat deinde summus pont. intentum in. c. 2. per locum à minori ad maius, vt existimat Cardin. hic, à carnali nempè ad spirituale coniugium, sed mihi non à minori, sed à similitudine procedere videtur pontificis argumentatio, vt fit etiam in cap. vlt. licet verba huius capituli difficultia sint, & aliud denotare videantur. Est enim totus hic locus similitudinarius, cum negari nequeat summum ponti-

pontificem in matrimonio carnali copula consummato dispensare minimè posse cap. ex publico, de conuersione coniug. quod secus est in spirituali, vt constat ex toto hoc titulo.

5 Ultimò dedit in c. 3. validissimum ab antiquitate argumentum, cui decreta patrum sanxerunt reuerētiam exhibendam, episcoporum translationes per solam Romanam sedem facienda clarissimè attestante.

6 Hæc ad confirmationem nostræ definitionis dixisse sufficiat: licet enim non solum episcopi, sed inferioris quoque classis sacerdotes transferantur, vt constat ex c. episcopus. 7. q. 1. & ex multis alijs: hoc tamen titulo de episcoporum tantummodo translatione agitur, vt constat ex rubrica, & serie ipsius. Vnde Hostiensis definitionem, quod nempè translatio sit vnius dignitatis ad aliam mutatio, ut pote quæ alijs, præter episcoporum, translationibus competenter, non admisimus, & nostram, qua potuimus breuitate, argumentis, & autoritatibus probabiliorem esse contendimus.

7 Debet autem fieri translatio de minori episcopatu ad maiorem, vt colligitur ex c. vlt. hoc tit. vbi Abb. num. 14. cum gradatim honores deferridebeant, & à minoribus ad maiores perueniendum. l. vt gradatim. 11. ff. de muner. & honor. c. legimus, ibi, qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur. 93. dist. latè Chassan. 1. part. confid. 9. & cōfid. 44. vers. octuagesimo nono considerandum. Quod tamen nostris temporibus obseruatum non fuit in translatione Antonij Pinheiro episcopi Mirandensis Lusitanæ eloquètiæ principis, viri diuino ingenio apud omnes, regum fauore, & benevolètia apud Lusitanos celebratissimi, quem senem senex Henricus ex Mirandæ Ecclesia in Leiriësem

muta-

mutauit, & populo, & redditibus inferiorem, eam translationem idcirco postulantem, quod Portodemeus erat, quo nomine ipse gloriatur in illis; quos in Fabium Quintilianum edidit commentarios, ex pago Leiriæ vicino, & nunc ad eius dicēcesem spectante, & in ipsa vrbe, & in oppido, cui vetus Portugallensium, & Castellanorum prælium nomen dedit, satis humili fortuna educatus, altusq; fuerat, quod mihi sèpè narrare solet Nonius pater: nec poterat profectò quidquam seni illi fortunato, & Leiriësibus gratius euenire, qui illud Valerij Max. de Cæsaribus, de hoc dicere poteramus, cæteros episcopos accepimus, hunc dedimus. Quas autem ob causas translatio sit facienda, explicat d. cap. mutationes. 7. quæst. 1. tota illa quæstio, totus hic titulus, Canon. 14. ex canonibus apostolorum. Hæc de translatione.

8 Episcopi verò nomen, vt ad secundam rubricę partem veniamus, fuit græcis, atq; latinis, qui sacras literas ignorarunt, satis notum, sed tamen à nostris frequentiùs usitatum. Nam, vt constat ex Cœlio Rhodigino vtriusq; linguae peritiissimo lib. 10. lect. antiq. cap. 3. in scholiographis græcis adnotatur, quos sibi ad subditas, obnoxiasq; ciuitates mitterent Athenienses spectatum, quid in quaq; fieret, episcopos fuisse vocatos, ac philacas: est enim episcopus verbum compositum apud Græcos, quod Latinis superintendentem, ac speculatorum significat, vt constat ex c. clerros. 21. & ex c. legimus. 93. dist. ex c. qui episcopatum. 8. quæst. 1. de cuius ultimi materia Chassan. 1. part. confid. 60. vers. aut quis appetit. Vnde & Eustathius episcopum, & scopon pro eodem ferè accipit præpositione redundante. Inde in Leonidæ epigrammate Mercurius episcopus nominatur: inde certaminum præsides nunc Ephori, & Epoptæ, nunc Epif-

episcopi appellabantur. Inde in Helide episcopi Diagnētēplum erat nomine Aristarchium, quod cum infelix expiasset Sambicus, in quæstionibus per annum habitus miserissimo mortis genere nefandi sacrilegij pœnas luit, nata inde paræmia, ut Sambico grauiora pati dicamus eum, quem significare volumus exquisitissimo supplicij genere distorqueri. Sed & M. quoque Tullium episcopum fuisse legimus, ut colligitur ex illis eiusdem verbis lib. 7. epistolarū ad Atticum, vult, inquit, me Pompeius esse, quæ tota Campania, & maritima ora habeat episcopum, ad quem deleatus, & negotijs summa referatur. Scipionē item Africanū scribit Plutarchus missum à senatu gentium, regumq; episcopum. Et, ne cœnia Cœlio debeat, legetis ex his aliqua in Concionatorum hortis apud Bitontum lacteo eloquètiæ fonte manantem in sermone, Ego sum pastor bonus.

Nec iuris quoq; consulti episcopi nomen omnino præterierunt, cuius tamen semel tantum reperi in digestorum libris ab uno Arcadio mentionem factam in. I. Munerum 18. ff. de munere. & honor. Item episcopi, inquit, qui præsunt panis, cæterisque vœnalibus rebus, quæ ciuitatum populis ad quotidianum viatum usui sunt. Quæ in lege xenoparochi idem Arcadius meminit, composito vocabulo à parocho, nomine quidem apud Christianam ecclesiam in omnibus ecclesijs satis celebri, à Græcis ad Latinos, & à Latinis ad Catholicos deriuato. Parochia enim dicebatur græcè à præbitione rerum necessiarum viatoribus, & ijs, qui publica causa peregrinè proficisci batur. Vnde parochus viatici præbitor, qui & copiarius latino vocabulo nuncupabatur, quod omnium rerum necessiarum copiam regum, populorumque legatis suppeditabat: quod ex Bud. in d.l. munerum, & Quintino in Exegesi. c. de multa de præbend.

verb.

verb. parochia, & ex Calepino verb. parochus latius colligere licebit. Translatum est igitur hoc nomen ad sacerdotes, qui singulis præsunt Ecclesijs, & sanctissimam Eucharistiam, aliaque Sacra menta fidelibus administrant, qui peregrini sunt in hac vita, iuxta illud Iacobi Genes. 47. dies peregrinationis vitæ meæ, &c. & illud Paul. ad Hebreos c. vlt. Non habemus huc ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus: & illud Dauidis relatum à Dionysio Carthusiano de quatuor nouissimis art. 8. peregrini sumus coram te, & aduenæ, cū multis alijs: inde à parochis parochiæ dictæ, quas primus omnium diuisit Dionysius p̄t. c. 13. q. 1. Onuphrius Panuini^o in epitome p̄tificiū in vita Dionysij, licet Budæus non parochias, sed parochias dictas existimet, quasi vicinias, ut videre est per eum, & Calepin. d. locis.

Cum hæc ita sint, mirum non est, si primis illis surgentis ecclesiæ temporibus maiores, & minores sacerdotes promiscue sacerdotes, & episcopi appellaretur; nec aliqua erat in nomine differentia. Cum enim episcopi nomen superintendentem, & speculatorum significet, ut supradiximus, haud incongrue minoribus quoq; sacerdotibus competit, qui Catholicæ gregis curam gerebant, & populo sibi commisso tanquam exploratores inuigilabant, quod ex nostris ultra alios probat Dec. int. c. num. 7. de electione, & ex Theologis doctissimè more suo. D. Hieronymus in cap. legimus, 93. dist. multis ad id autoritatibus adductis, præsertim illa. D. Paul. Act. 20. ad vniuersi Ecclesiæ sacerdotes, attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei; quo in loco nemo est, qui dubitet, per episcopos sacerdotes minores significari, (quamvis non me lateat verba illa diuini Pauli tanquam de episcopis, hoc est maioribus sacer-

sacerdotibus dicta citari à Concilio Tridentino, sessione. 23. de Sacramento ordinis. c. 4.) Sicut & ex diuerso in. c. 3. dñe iud. non potest quenquam à sacerdotali gradu, nisi concors sacerdotum sententia submouere, per sacerdotes episcopi necessariò sunt intelligendi. c. si autem, &c. felix. 15. quæst. 7. Imò verbum illud à sacerdotali gradu, id est, ab episcopali, est exponendum: agitur enim in eo. c. de depositione maiorum sacerdotum, hoc est episcoporum, vt constat ex illo verbo concors. Nec enim aliter in episcoporum criminibus ferri poterat condeinnatoria, aut absolutionaria sententia, quam si omnes interuenissent in eadem. c. 1. & 2. c. si quis episcopus. 6. quæst. 4. qui autem ad eam ferendam, & quot congregandi erant, collige ex cap. distinctere. 3. quæst. 6. ex. c. suggero. 3. quæst. 8. d. c. felix. 15. quæst. 7. quo pacto cessat omnes difficultates illius capititis, quem intellectum licet glossa, & doctores ibi, non perceperint, & fateri cogantur concordem sententiam eam esse, quam à maiori parte feratur contra receptas vtriusque iuris traditiones, consulat tamen, qui velit, eiusdem capititis auctorem. D. Gregor: lib. 2. epistolarum dictione. 11. cap. 47. epistola. 8. & inueniet interpretationem nostram à vero, germanaque sensu minime alienam.

11. Crescente demum ecclesia, vt, quæ re ipsa inter maiores, & minores sacerdotes differētia erat, nomine quoq; agnosceretur, effectum est, vt episcopi nomen ad solos maiores traheretur, nempe quibus maiori iure cōpeterer, maiorque, quam minoribus, gregis sibi commissi vitam, & via explorandi cura incumberet. Hinc est illud intelligendum, quod Augustinus ait ad Hieronymum in. c. quanquam. 2. quæst. 7. quanquam, inquit, secundum vocabula, quæ usus obtinuit, episcopatus maior sit præbyterio, Augustinus

gustinus tamen Hieronymo minor est. Cum enim verisimilum, & catholicum sit episcopatum non secundum vocabula, quæ usus obtinuit, sed secundum ipsam Christi domini institutionem presbyterio maiorem esse, constat ex Concilio Trident. sessione. 23. de Sacramento ordinis. c. 4. & canone. 7. haud dubiè fatendum est nihil aliud sibi velle verba illa Augustini, quam confusam huius nominis episcopi, & presbyteri, vel sacerdotis significationem per ecclesiam discretam, & distinctam fuisse, cum ab initio utriusque sacerdotes maiores, & minores eodem quidem nomine, licet diuersa semper potestate, censerentur.

12. Ad hunc equidem modum intelligerem. c. olim. 95. distinct. ibi, ita episcopi nouerint se magis consuetudine, quam dispensationis dominicæ veritate presbyteris esse maiores. Etenim de nomine, non de potestate loqui Hieronymum colligitur ex principio eiusdem. c. ibi, olim id est presbyter, qui & episcopus. Verissima namque sententia est prælationem episcoporum super presbyteros iuris esse diuini, vt contrà eundem Hieronymum deducit post alios Sot. in. 4. dist. 24. quæst. 2. art. 2. latius Castr. aduersus hæreses verb. episcopus, Ledesm. 2. 4. q. 42. art. 4. tametsi aliter suscepit Hieronymi defensionem à viris dotissimis non ignorauerim.

13. Illud tamen hoc in loco omittendum nobis non est episcopi nomine omnibus maioribus sacerdotibus tam primatis, quam archiepiscopis, quinimò & ipsi Romano pontifici, commune esse. Omnes enim in his, quæ sunt ordinis, parem potestatem habent, vt colligitur ex. c. in novo, iuncta glossa ad verb. pari. 21. distinct. & ex. c. loquitur, vbi glossa eodem verb. 24. q. 1. glossa in. c. quia periculosem verb. de episcopis, de sententia excommunicationis lib. 6.

F gloss.

gloss. in proœmio sexti verb. episcopus, Abb. in cap. sicut num. 6. de electione, Victor. in. 2. reelectione de potestate Ecclesiæ quæst. 2. à num. 10. Sot. in. 4. dist. 24. quæst. 2. art. 5. Cou. in reg. peccatum. 2. part. §. 9. à num. 5. text. optimus in d. cap. Cleros ibi, omnes autem superiùs designati ordines vno, eodemque vocabulo episcopi nominantur: de qua etiam re legetis aliqua in cathalogo gloriæ mundi. 4. part. confid. 25. quo loco Chassaneus de episcoporum excellentia sermonem instituit. Non est tamen admittenda sententia. d. glossæ in proœmio verb. episcopus, dum episcopatum ordinem esse afferit distinctum ab alijs, quatenus ordo Sacramentum est, & characterem imprimit, sed potius defendenda opinio theologorum, contra quos. d. glos. insurgit, existimantium episcopatum in eo sensu ordinem non esse, posse tamen ordinem dici, quatenus ordo dicitur officium quoddam, & potestas respectu quarundam sacramentum actionum, quæ sacerdoti non conueniunt, & ita sunt exponenda iura, quæ episcopatum ordinem appellant, vt d. c. clerros, & similia. Theologos autem, qui sunt huius nostræ sententiæ, eorumq; fundamenta refert Cou. omnino videndus lib. 1. var. cap. 10. num. 15. In quam denique episcopi, vt nihil indictum relinquamus, angelorum in cœlo, si angelicam in terris vitam egerint, hierarchiam astuman tur, exponet tibi Chassan. d. catalogo. 3. part. confid. 8. vers. ad hunc. Hæc de episcopis. Ad patriarchas modo, & archiepiscopos properemus, sūm à nobis insigne, suumq; pallium expectantes.

(?)

A D

F A D R V B R I C A M

de Autoritate, & vsu Pallij.



Ontenti erimus in principio huius Rubricæ continuatione illa, quam afferunt doctores omnes in præsenti, cum reperto, quod est optimum, vt inquit Quintilianus lib. 2. c. 16. qui quærit aliud, peius velit. Actum est tribus superioribus titulis de his, qui ad ecclesiastica officia assumuntur: & quoniam ex his aliqui eius sunt dignitatis, vt pallio vt debeat, consequenter pallij autoritas, eiusq; vsus hanc rubricam exposcebat.

2. Pallij ethymologia, quam secundum eundem Quintilianum lib. 1. c. 10. Cicero notationem, alij originationē vocant, & quæ secundum Bald. in rubrica. C. qui admitti, intelligentiam rei, sicuti definitio essentiam, claudit, valde torquet doctores nostros; tametsi non desint ex illis, quide nomine quæstiones, eiusque origine grammaticis potius, quam iurisperitis cōpetere asseuerent, à quo tñ onere eos non exemerim, cum ad iurisperitiam properanti grāmaticorum prius secandū sit iter. Nam, vt ait autor illius libelli, qui sub falso, vt ego puto, Boetij nomine de disciplina scholarium in lucē prodijt, grāmaticæ fructuositas nullatenus est relinquēda, per eam enim cuiuslibet artis cōmendabilis redditur possessio iucunda. Quapropter soleo preceptor meo Christopharo Gomez Dabreu viro latinissimo, & doctissimo immortales habere gratias, sub quo Leiriæ vix vndecimum agens annum per vndecim tātum menses Romani eloquij rudimenta didici, Virgilij, Terentij, Ouidij, Ciceronis monumenta euolui: quidquid deniq;

E 2. in latina.

in latina lingua profeci, si tamen quid profeci, vnde dicim illis mensibus, & vni Christopharo me debere fateor. Neq; verò hoc illi solum beneficio sum deuinctus, qui, postquā ex ipsius schola Conimbricam discessi, & carminis numeros puerili audacia tentavi, solebat Musas, ne dicam nugas, nostras miris in cœlum laudibus extollere, discipulis recitare, dignatus, vt Sanazarij verbis utar, pueri verba referre senex. Sed hæc alias. Grammatices verò laudes qui videre volet, legat Chassan. part. 10. confid. 47.

3 Ioannes Andreas, Abb. Hostiens. h̄c pallium, non pallium scribendum esse dicunt, vt sic distinguatur pallium dignitatis à pallio honestatis, de quo in c. suscepimus, ibi, post tunicam relinquere pallium, de homicid. hæc tamen distinctione Cardinali non placet argumento huius rubricæ, vbi pallij, non pallei scribitur. Putant autem hi doctores à verbo græco palin pallium deriuari, motum, seu concusſionem significante, eò, quod pallium sæpè moueat: quæ tamen deriuatio nescio quo iure fiat. Legorū enim apud grammaticos pallium à palam trahi, quod pallium palam, hoc est foris, gestaretur. quanquam nec hæc quidem satis placeat, cum palam vno l. scribatur, & penultimam correptā habeat, pallium verò duplo gaudeat, vt patet. Minus tamē ferenda est altera Hostiens. ethymologia pallium à pallore descendere excogitantis, quoniam palliatus multò magis, quam cæteri, debet se totum Deo dedere, & frequenti oratione, crebrisque ieunijs pallidus fieri, tamque ardentis diuinæ lucis desiderio inflammari, vt præ ipsa amoris vi pallefaciat, diuinæq; patiatur, quemadmodum Dionys. lib. de diuinis nominibus. c. 2. de Ierotheo præceptore suo attestatur. Nihil est autem aliud diuina pati, quam ita quem diuina experiri, vt langueat, atque deficiat quasi ferre non valens

valens vim, seu violentiam diuini amoris, & quasi obſtupescat ad diuina. affert Hostiensis eam in rem carmen illud vulgaris poëtæ,

Palleat omnis amans, hic est color aptus amanti;
Nos vltrà Horat. lib. 3. Carminum Ode. 10.

Nec tintetus viola pallor amantium,

Et vltrà poetarum loca, multa, atque præclara afferre possemus, quæ audiimus à præceptore nostro in Cantic. c. 2. sub illo vers. sponsæ, fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. quarè autem amantes palleant, explicat politè, & eleganter maximus amoris interpres frater Loysius Legionensis in Cantic. Cantic. cap. 1. fol. mihi. 5. Hæc tamen pallij à pallore origo, pallore, ni fallor, digna est. Qui enim fieri potest, vt Ecclesia Catholica orationem, vigilias, & ieunia ministris suis per pallorem designet, cum hæc ipsa Christus dominus ita fieri præcipiat, vt pallor omnis ab abstinentiū facie, quantū fieri possit, exterminetur. Tu autem, inquit Matth. 6. cum ieunias, vngue caput tuum, & faciem tuam laua, ne videaris hominibus ieunans. Necenim par erat, vt prælatorum inedię, lachrymæ, & moerores per eum effectum significantur, quem remis, velisque fugiēdum eorum dux, eorumque dominus imperauerat. Sunt alia præterea in hac originatione, quæ dedita opera prætermittimus, ne videamur tantum virum vehementius insestari, dummodò tamen hac in re herbam porrigat Hostiensis, qui nobis in alijs sæpiissimè manum porrigit. Ego enim, vt cum Augustino loquar, in cap. ego solis. 9. distinct. desumpto ex epistola. 19. ad Hieronymum, solis eis scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum scribendo errasse audeam credere. Scio autem, dum hæc, &

familia iactamus, quam simus audaciæ, ne dicam impudenter, notam apud nonnullorum delicatores aures subituri; Iam enim, dum hæc scribebam, nescio qui rumores ad me perlati sunt, labores hos nostros nondum in lucem editos, & vix nomine, vix fama notos, iam tamen male audire apud multos, rem, antequam res sit, vituperantes, qui tamen non vident in hoc, quæm meis votis satisfaciant: precor enim quotidie à Deo, non ut ab inuidia liberet me, sed potius, is ut sim, qui inuideri possim. Quanquam meis his conatibus vel ipsa inuidia, quæ non aliunde, quæm à plaga tartarea ad perniciem hominum profluxit, parcere certe debuerat, qui hæc, ut de ingenio meo periculum faciam, solum scribo, non autem, ut fumos venditem, homo ab elatione animi longè alienus, in hoc solum superbus, quod superbiam contemno.

4 Sed, cum pallium, ut ad rem redeam, sit vestimenti genus, quod tunicae superindui solet, à quo Græci olim palliati, quemadmodum Romani à toga gens togata, dicebantur; ut constat ex Cæfare in commentarijs de Bello Gallico. lib. 6. de Pithagora loquente, adiuncto Chaffan. 3. part. confi. 25. ex Virgilio li. 1. AEneyd. adiuncto Macrobi. Saturnal. lib. 6. cap. 5. quonam pacto huic conueniat ornemento, quod de beati Petri corpore Patriarchis, & Archiepiscopis conceditur, ut verum fatear, mens dubitat mea. Libenterque hac in read Additionem ad Abb. h̄ic verb. pallium adhærescerem, ni autoritas, & usus huius rubricæ dissuaderet. Ait enim illa non pallium, sed paleum dicendum esse à palis, id est, humeris eo, quod paleum sit humerorum ornamentum. Palæ nanque apud latinos, ut constat ex Calepino, significant dorsi partes dextræ, lœuaque eminentes: successisse verò paleum in locum superhumeralis,

quo

quo summus sacerdos in lege veteri vtebatur Exod. c. 28. & de quo Chaffan. 1. part. confid. 38. conclusione. 3. vers. secundum erat, non auro, & gemmis, vt olim illud, illustre, sed clarissima crucis nota omni auro, omnibusque gemmis illustriore. Ego tamen video tam in hac rubrica, quam 100. dist. pertotum, cap. cum in iuentute, de præsumpt. cap. in Galliarum. 25. quæst. 2. & ubique tandem huius vocabuli fit mentio, pallium, non paleum scribi: nisi forte dicas reperiri hoc vocabulum ubique vitiosè scriptum, sicut & alia huiusmodi, multoque grauiora vitia deprehenduntur passim tam apud nostros, quam apud Iurisconsultos tam inclementer à posteris acceptos, ut inquit Pierius in oratione pro sacerdotum barbis, ut, postea quam membratim à Triboniano, & carnificibus alijs dissesti sunt, neque ipsa quidem membra conseruare potuerint, quin passim contaminata in imperitorum manibus computrescerent. Satis nobis sit, ut interim Iurisconsultorum omitteremus exempla, quibus suo nitori restituendis Antonius Augustinus, Budæus, multique alij satis operæ contulerunt, è nostris vnum subtexere, quod refert Pierius. d. loco. Inquit enim Adrianum. VI. pont. maximum nullum hominum genus maiori prosequutum odio, quam poetas, id nominis nihil aliud præ se ferre arbitratum, quam impietatem. Dabat autem huic errori causam alter in decretis error in. c. sancta vers. item venerabilis viri. 15. dist. vbi pro heroicis versibus hereticis in antiquis, depravatisque codicibus legebatur. Hæc, & multa id genus reperiuntur passim, ut videre est per Cou. lib. 4. var. cap. 11. sed non ignoro, quam periculose sit ab inieterata, & penè canescente recedere lectione, cum nemo doctus pariter, vel indoctus, quod inquit Hieronymus in præfatione in Euangelistas

ad Damasum, pati possit à saliuia, quam semel imbibit, discrepare, quod legitat. Valeat itaque recondita pallij ethymologia, nunquamq; satis quæsitus Osiris, &, quid illud tamen sit, &, quibus conferatur, accuratiūs inuestigemus.

5. Pallium, inquit doctores in præsenti, est insigne ornamentum archiepiscopi, vel episcopi de corpore beati Petri assumptum. Sed hæc finitio non videtur satis exacta, cum quælibet vestis, & quodlibet ornamentum de altari divi Petri illa contineri possit. Ego pallij definitionem inter ipsos pontifices inuenio, nec scio, cur doctores pallium finiendi laborem suscepserint, cum eos pontifex Innocentius isto onere liberauerit. Pallium est, inquit ille in c. antiqua, de priuilegijs, plenitudinis officij pontificalis insigne. Brevis definitio, sed qua haud scio an vlla expressius possit nobis definiti naturam ante oculos proponere. quæ malum fuit igitur illa doctorum cæcitas, vt aptissima prætermissa definitione in alteram minus aptam inciderint? Neque enim negari potest, si pallij naturæ oculū adjicerēt, fore, vt illud per plenitudinem pontificalis officij definirent. Legerent totum nostrum titulum, legerent cap. nisi specialis, cap. ad honorem, cap. cum sis, legerent d. cap. antiqua, & omnia denique iura, quæ de pallio loquuntur, quid illa quæso crebriūs repetunt, quām plenitudinem pontificalis officij per pallium designari? Nihil autem aliud sibi volunt pontifices illis verbis, quām archiepiscopos, & primates plenam in his, quæ sunt ordinis, recipere per pallium exequutionē: cum enim pallium spectet ad susceptæ dignitatis perfectionem, fit, vt non aliter, quām per eius receptionem pontificalis officij plenitudinem assequantur. d. c. nisi specialis, nec possint ante illam pontificalia exercere, cap. quod sicut. §. 1. de electione. cap. 1. 100. distinct. licet ea,

quæ

quæ ad iurisdictionem attinet, liberè exequantur, glossa ad verb. confirmassæ in cap. i. de translatione episcopi, excepta concilij conuocatione. d. §. 1. quæ, cum inter maiores causas numeretur, quamuis iurisdictionis sit, non potest ante receptum pallium celebrari, Card. Abb. Innocent. & omnes hic. Addiderim concilij conuocationem non ad legem iurisdictionis, sed ad dioecesanam spectare iuxta Innoc. in c. i. num. 2. de statu Monach.

6. Quoniam verò definitio doctorum afferit pallium de corpore beati Petri assumi, quod illi assumunt ex. c. significasti de electione, quid illud sit, & quomodo accipiatur, neceesse est explicare. glossa ibi, verb. corpore, pallium inquit benedici, & consecrari à Papa super altare beati Petri, vbi, qui pallium recepturus est, illud assumit, si præsens est, per se ipsum, sin minus, per procuratorem, & hoc esse assumi pallium de corpore beati Petri. Sed cum glossæ opinione expostulat Hostiensis relatus à Card. in d. c. significasti ad fin. ab Abb. num. 10. parum referre inquiens, in cuius honorem sit altare consecratum, idque se bis expertum, cum pallium à quodam ex diaconis Cardinalibus iussu pontificis receperit. Præterea pallium per Apochrysarios mittitur. d. cap. significasti, quod pugnat etiam cum dictæ glossæ sententia. Hæc igitur Bernardi opinio respuatur: tolerabilius enim multò fuisset verba illa pontificis intentata relinquere, quām vim contra ius, & fas pontifici intentare.

7. Innocentius itaq; & Piscatoris maximi successor, & iuris, vt ita dicam, piscator maximus, à corpore beati Petri, idest, ab illis archiepiscopis exponit, qui sunt de corpore B. Petri, hoc est Ecclesiæ, cuius caput est Christus, vt sic sit sensus, quod pallium Catholicis tantum episcopis, &, qui

F 5 fe Ca-

se Catholicæ Ecclesiæ membra profitentur, ab Ecclesiæ capite confertur, à quo omnis potestas in sua membra derivatur. c. ita dominus. 19. dist. quæ quidem expositio maximè quadrat in discursum illius capititis: quod si nolis huic declarationi acquiescere, intellige secundum alteram eiusdem Innocentij, verba illa, quæ à B. Petri tantum corpore assumuntur, significare receptionē pallij à Romana Ecclesia immediatè pédere, nec obstat, quod de Patriarchis objici potest ex cap. antiqua*, de priuilegijs, vbi quatuor illi Patriarchæ pallium suffraganeis conferendi potestatem habere dicuntur; id enim sit autoritate, & mandato summi pontificis, & ab ipso factum censemur, probat Abb. d. loco.

8 Est tamen videndum, antequam hinc discedamus, qui sint Apochrysarij, per quos ait pontifex Paschalis Panormitanus archiepiscopo pallium oblatum. glossa ibi, quam sequitur Innocent. Apochrysarios, hoc est secretos nuntios, exponit, Cardinalis nuntios deauratos ab apos, quod est nuntius, & Chrysis, quod est aurum, (vnde Chrysaspidas ab aureis clypeis appellabant, de quibus Chassaneus. 1. part. confid. 38. conclusione. 62.) sequutus glossam in cap. conuenientibus verb. Apochrysarijs. 1. quæstione. 7. licet ille, & illa fateantur nuntios Papæ nō deauratos, sed plumbatos esse. Auriga noster. d. cap. num. 4. hanc ethymologiam sequutus est, quam vt magis confirmaret, affirmat ea ratione Papæ nuntios deauratos dici posse, cum plumbati sint, vtr illius verbis, quia dant plumbum, & reportant aurum. Et hoc quidem apud Panormitanum relegens cum risu, vt erat consequens, prosequeretur, venit mihi in mentem, quod de quodam archiepiscopo Toletano aliquando audiuī à Bartholomæo Philippo, cuius inexhausta præsentium, & antiquarum rerum cognitio, & penè

penè tercentum in omni disciplinarum genere Hispano, & Latino sermone cōposita volumina non secūs, ac Themistocli Melciadis trophea, Theseo Herculis clava, Cæsari Alexandri Victoriæ, Alexandro Achillis gesta, Arentino Petrarchæ imago, mihi somnos adimunt. Hic enim archiepiscopus venientem pontificis nuntium cum exciperet, Benè, inquit, venias, missus subtili ingenio aurum à barbaris auferre, sumpta dicacitatis ansa à celebri. l. non solùm. C. de commer. & mercator. Barbarum quidem verbum, &, quod cum nuntius pontifici nuntiaret, parum absuit, quin archiepiscopus grandes sui illius nō tam leporis, quam dicterij poenas daret. Hæc de hoc verbo doctores. Ego apud Latinos nō Apochrysarios dicēdum, sed Apochrysarios inuenio, quamvis virumq; verbum barbarum sit, & bonis autoribus ignotum. Deduci autem nō à nuntio, nō ab auro, sed à quodam græco verbo, quod respondeo significat: Et accipi pro responsalibus, seu legatis episcopi, quo sensu ad summi pontificis nuntios optima ratione transfertur.

9 De forma pallij tractant omnes hic. Vltrā quos id munus suscipit Chassan. cum citatis ab eo. 4. part. confid. 26. vers. & aduerte. Illā itaque colligimus instar collaris esse, non tamen circa collum, sed circa brachia extensam, quatuor nigri coloris cruces continentem, vnam ante pectus, aliam in dextro brachio, in sinistro tertiam, quartam denique retrò pendentem. Laborant autem doctores mirum in modum, vt tandem possint, quid hæc quatuor crucis significant, explicare. Aiunt autem per crucem nigri coloris vitiorum extinctionem intelligi iuxta illud Apostoli ad Gal. vlt. mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mūdus crucifixus est, & ego

92 *De Autoritate, & usu Pallij.*

ego mundo. Quæ verba cum in episcopum maximè conuenire intelligeret maximus è Lusitanis episcopus, ut quæ, qualis è deberet esse boni, & veri pastoris gloria, qui è fastus, publico, & manifesto præconio declararet, in suis peripetas matis, & aulæis inter ipsa episcopalia ornamenta, inter ipsa sui generis stemmata conscribi iussit. De colore verò nigro, & quid per eum significetur, vidēdus Chaffan. 1. part. confid. 38. conclusione. 66. & part. 12. confid. 93. vers. & licet color niger, & vers. color etiam obscurus.

10 Per quaternarium autem numerum quatuor voluntationes significari, gaudium, dolorem, spem, timorem; vel quatuor virtutes cardinales, per eam, quæ est ante peccatum, iustitiam, per sinistram fortitudinem, per dexteram prudentiam, per quartam temperantiam, idque ex rationibus, de quibus illi, quarum virtutum laudes, & exempla qui videre volet, legat Nicolaum Hanapum in libello, qui inscribitur virtutum, vitiorumque exempla, spéciales de singulis titulos, & capita continente. Et, quām propriæ sint illæ ministerij episcopalij, explicat eleganter Bernardus de colloquio Simonis, & Iesu, dum Euæ prudentiam, Adæ temperatiam, Cain Iustitiam, Petro fortitudinem defuisse afferit, nullam tamen ex his episcopalij ministerio deficere debere. Ut verò laudes quaternarij numeri omittamus, quas quatuor paradysi flumina, & quatuor Ecclesiæ Evangelia, & multa id genus magnoperè commendant, & de quibus Macrobius lib. 1. in Somnium Scipionis. c. 6. Philo Iudæus lib. de opificio mundi. lib. 3. de vita Moysis. lib. de Plantatione Noe. lib. de Abrahamo, Chaffan. part. 12. confid. 37. vers. de laude verò quaternarij, mirum non est, si quatuor ex crucibus pallium constet, cum crux ipsa ex quatuor lignorum generibus constituta dicatur, Chaffan.

part.

De Autoritate, & usu Pallij.

93

part. 12. confid. 89. vers. de differentia verò inter arborem, & lignum: Cumq; quatuor etiam prohibeantur rationes, ob quas in crucem actus Christus dominus expirauerit, quæ omnia diffusè exponit glo. in Clem. 1. de summa Trinitate verb. Cruci, nouissimè Frater Nicolaus Diaz in tractatu de passione domini. c. 26. Neq; verò illud ignoro, quo sensu sit accipiendum, quod ait. d. gloss. Christum dominum crucis mortem elegisse: nec enim cùm Iudeis, egit Christus, ut se, certo mortis genere afficerent sed ad libitū eorum mori voluit, vt constat ex Luca euangelista. c. 23. ibi, Iesum autem tradidit voluntati eorum; Idq; ea ratione fecit, vt signum illud, quo se ab inferis excitando mortis immanitatem profligauit, clarissimum, notissimum, & testatissimum redderet: si enim mortis genus eligeret, confessim obstinatissimi Iudei aliquam inde sibi auram afflari posse cōsiderent, & idcirco à mortuis suscitatum dicerent, quod eam mortem elegerit, eamque subierit, à qua se reuicturum, etiam dum viueret, præuidebat. De Cruce autem salutis nostræ vexillo videbis quamplurima ad maiorem illius glossæ, & nostri pallij ornatum apud Rhodigin. lib. 6. c. 8. apud Claudium Paradinum in symbolis symbolo. 2. apud Couar. var. lib. 4. c. 5. Chaffan. 1. part. confid. 38. conclusione. 98. cum sequenti. Diaz vbi suprà. cap. 24. De eius verò inuentione habemus inter Gratiani decreta. c. Crucis, de consecratione dist. 3. quod ibi Eusebio pontifici tribuitur, licet eius inscriptionis vulnus detegere conetur Petrus Mexias vir bonarum literarum non ignarus in vita Constantini Magni. c. 2. qui Eusebium in vita Galerij mortuum ait ante imperium Constantini, posteaque Melchiadēm pontificem creatum. Cuius rei fides sit apud illum. Est enim tanta apud historicos de pontificum ætate, & anno- rum

94. *De Autoritate, & Usu Pallij.*

rum recensione varietas, ut temeritatis sit re exactius non per pensa, quod mihi modò non est otium, aliquem ex templo vel respuere, vel probare. Cou. tamen var. lib. 4. c. 16. nu. 9. ex multorum testimonijs crucis inuentione Eusebij temporibus assignat, illiusq; capit is, & inscriptionis tanquam approbatissimæ mentionem facit, qua de re vide Chaffan. d. loco, &c. 3. part. confid. 23. vers. 30. probatur.

10 Illud quidem extra controversiam est, & patet ex toto hoc titulo, pallium iure communi primatibus, & archiepiscopis conferri, licet aliquando ex priuilegio episcopis conferatur. c. cum in iuuentute, de præsumpt. non erit itaque abs re de primatum, & archiepiscoporum origine aliqua dicere, opus tamē nobis est aliquo ductore, cuius opera facilius id, quod volumus, adipiscamur. Imprimis nobis pontifex Clemens occurrit in c. in illis. 80. distinct. ex cuius verbis graduum inter episcopos, metropolitanos, & patriarchas distinctionem ab ipso Petro inductam colligere licet. Diuisit enim diœceses, quarum quilibet sub vnius episcopicura constituit, de qua diuisione. c. episcopi, & per totum. 80. distinct. Trident. sess. 14. de reformatione c. 9. diuisit prouincias, singulas pluribus diœcesibus constates, in eisque præsidem creauit metropolitanū, seu archiepiscopum nomine, quem subditarum diœcesum episcopi caput agnosceret: de qua diuisione. c. 1. 99. dist. c. scitote. 6. quæst. 3. c. per singulas. 1. & 2. 9. q. 3. diuisit deniq; quasdam maiores sedes, ex pluribus constantes prouincijs, primatē, seu patriarcham, qui prouinciarū archiepiscopis præcesset, in illis constituens: de qua diuisione cap. 1. 80. c. 1. 99. distinctione. Sunt autem huiusmodi graduum distinctiones tum ob ornatum Ecclesiasticæ Hierarchiæ, vt subindicat Chaff. part. 10. confid. 17. vers. 30. tum ob præclarioris Ecclesiæ regimem.

De Autoritate, & Usu Pallij.

95

gimen omnibus se inuicem adiuuantibus, & excitantibus institutæ. Illudque sine dubio afferendū est omnes patriarchas esse primates, & ex aduerso, eodemque modo Archiepiscopos à Metropolitanis non distingui, vt docet expressè pont. in. c. 1. ibi, vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, & ibi, Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruerentur. 99. distinct. explicat glossa opt. in extrauag. 1. de censibus inter communes verb. Archiepiscopi, & de Patriarchis, & primatibus id affirmat gloss. in cap. vrbes verb. Patriarchas. 80. distinct. gloss. in cap. duo de officio ord. eodem verbo. Glossa in summa. d. distinct. 99. Chaffan. 4. part. confid. 9. (licet in vers. alij nonnullos afferat esse primates, qui patriarchæ non sunt, in quo non videt, quām sibi parum constet,) vt iam mirandum sit Speculatorem in titulo de iurisdictione omnium iudicum. §. 1. vers. secundū Canones Albertum Trotium lib. 1. de perfecto clero cap. 13. num. 4. Pauin. de potestate capituli prælud. 6. num. 12. maximam inter primates, & patriarchas differentiam constituisse, Patriarcharum nomine solos eos censeri volentes, qui referuntur in cap. antiqua, de priuilegi. Vnde Archiepiscopus noster Braccharensis, qui Hispaniæ dicitur primas, dici etiam potest Patriarcha, licet non ignorem super iure primatiæ olim inter eum, & Tolitanum immortalem litem exortam, cuius fit mentio in. c. Coram. vij. de in integr. restitutione. de patriarcharum vero, seu primatum priuilegijs, potestate, & alijs vide, quos citat Additio ad Abb. in cap. 1. de translatione episcop verb. patriarcha, verb. tu adde, verb. Circa, & de patriarchis veteris testamenti, quo loco sedeant in gloria, vtrum reliquis sanctis præferantur, Chaffan. 3. part. confid. 27. de Archiepiscopis. 4. part. confid. 20.

11. Veti-

11. Vetitam autem inter Archiepiscopos, & metropolitanos differentiam excitauit Isidor. in. cap. Cleros. 21. distinct. qua in re nō semel, sed bis est lapsus: postquam enim archiepiscopum à metropolitano seiunxit, ineptam quan- dam attulit metropolitani ethymologiam, & ita posterior error fuit priore turbulentior. Dixit enim metropolitanū græcè à mensura, & ciuitate componi, cum à matre, & ciuitate potius descendat, quasi metropolitana sedes mater sit aliarum, quod glos. d. loco verb. mensura peritè adnotauit: & huius quidē erroris postulatur Isidorus à Budęo in prioribus adnotationibus ad Pandectas in l. obseruare. ff. de officio proconf. Ab Antonio Aug. in Emendationibus Pandectarum pag. 309. à Cou. Praet. cap. 19. num. 2. Quæ ne cui nimis leuia videantur, referat in mentem illud, quod verè protulit quidam, curiositas nihil recusat, atq; interdum parua etiam plurimi facit, & ad ea gressum sustinet, quæ cæteri pro vilissimis paſsim calcant.

12. Patriarchæ autem, & metropolitani, qui soli, vt diximus, de iure communi pallio exornātur, eo non, nisi intra Ecclesiam. c. 1. non, nisi certis diebus. cap. ad honorem iuncta glossa ibi. d. verbo, vti queunt: nec illud cōmodare c. 2. nec ante eius receptionem archiepiscopi, seu patriarchæ appellari possunt. c. nisi specialis.

13. Et, vt iam pallij materiæ coronidem impingamus, & desultoria quadam leuitate in aliam rubricam trāsultemus, titulus hic noster, licet breuissimus, continet tamen aliquæ iura apud iurisperitos celebratissima, ex quibus est. d. c. ad honorē: ex quo circunfertur vulgare illud principiū, quod omnia possit episcopus in sua diœcesi, quæ potest summis: pont. in toto orbe; exceptis tantū prohibitis: quod tñ haud in latet, quam multiplicem habeat, quāque scrupulosam:

disputa-

disputationem, ad quam cōponendam satis erit adire Sot. lib. 10. de iustitia. q. 1. art. 3. Ledesm. 2. 4. quæst. 24. artic. 1. Victor. in. 2. relectione de potestate Ecclesiæ. q. 2. num. 28. 14. Ex cap. verò, nisi specialis, alterum elicitor à glossa, ibi verb. eligemus, idque apud iurisperitos vulgatissimum axioma, quod nempè charitas benè ordinata incipit à se ipso, quod etiam affirmat glos. in cap. petitio. 3 1. verb. specialibus, de iure iurisperiti. & multæ similes. Sed mihi quidem videtur iurisperiti hoc axioma tyrannicè usurpare; in eo enim casu, vbi illo vtuntur, lege nempè, quæ incipit, præses. C. de seruitut. quod nempè meis agris sicutientibus non sunt alieni ex meis fontibus irrigandi, charitas benè ordinata suadebat, vt arentes potius vicinorum agros, quam meos paterer irrigari: charitas enim, vt inquit Paul. de illius laudibus agens. 1. ad Corinth. cap. 13. Non queritur, quæ sua sunt, imò, vt idem ait, Patiens est, omnia suffert. Est autem illud axioma ad forum animæ referendum: in hoc enim charitas benè ordinata à se ipso incipit; nec enim salutem nostram prodere debemus, vt alienam constituamus, idque est, quod vult D. Bernard. citatus ab additione marginali, in dict. glos. verb. eligemus, licet ab ea fortasse parùm perpensus, in acquisitione salutis tuæ nemo tibi germanior vnico matris tuæ, & Socrates: amico ita prodesto, ne tibi noceas, hoc est, vt aiebat Plato, amicus, sed usque ad aras. Quod quidem demiror neminem habetens ex his, quem viderim, aut audiuero aduertisse, cum interim hoc axioma in omnium ore versetur, quo, ni fallor, non tam vtuntur, quam abutuntur iurisperitorum omnes. De ordinatione verò charitatis, quandoquidem in eam incidimus, & ea est, vt inquit ille, omniū ferè disciplinarum inter se coniunctio rerum, & communicatio, vt

G alteri

alteri alterius hortos ingredi, & ex eis flores libare ius; fasque sit, vide Originem lib. duarum homiliarum in Cantic. homilia. 2. & lib. quatuor, homil. 3. Gregor. Ny- cenum oratione. 4. in Cantic. Ambros. lib. 5. in Lucam cap. 6. Hieronymum super illa verba Matth. 10. qui amat patrem, aut matrem plusquam me, non est me dignus, August. lib. 1. doctrinæ christianæ. c. 27. & lib. 15. de Ciuit. Dei cap. 22. Prosperum Augustini discipulum lib. 3. de vita contemplatiua cap. 15. Bernard. in Cantic. sermone. 49. & sequentibus, qua etiam de re disputat Plato dialogo. 5. de legibus, vbi præfinit etiam gradus amoris, & honoris quibus quenque amare & honorare debemus, Aristoteles lib. 9. Ethic. cap. 2. & 8. quos omnes debetis præceptoris meo in Cantic. cap. 2. sub illo vers. introduxit me Rex in Cellam vinariam, &c.

15. Nè verò nos breuitatis, quemadmodùm iurisperiti charitatis ordinem, disturbemus, referamus hinc pedem, alijs, quæ de hac rubrica dicenda supersunt, relinquentes: nemo enim vnquam iure reprehendendus, qui è segete, vt inquit Pithæus, ad spicilegium relinquit stipulam. Et hac quidem haec tenus Academiaribz rebus prolatis, quo tempore Conimbrica scholasticos penè omnes tanquam ver sacrum miserat, Leiriæ commorantes moliti sumus, com modatis amicorum libris vtentes, præsertim verò Loysij Fernandez in Leiriensi ecclesia Thesaurarij, excellenti viri ingenio, & de iure nostro, & humanioribus literis adeò benè meriti, vt verè Patriam nostram felicem dixeris, quæ eum nobis virum dederit maiorem datura neminem, cuius ori & suos Musæ fauos instillant, & tantus eloquentia lepos, & iurisperitiæ decus infidet, vt illi soli iure optimo competit illud, quod mihi olim Michaëlem Al-

coutinium Comitem, præsidium, & dulce decus meum, dixisse memini: cùm enim ille puer me puerum effusè laudaret, & illi ego, ad excusandam paruitatem, vt ita loquar, meam, Leiriæ patriæ ignobilitatem, & obscuritatem obijcerem, nec ex ea quenquam alicuius nominis prodire posse dicerem, respōdit ille perurbanè, non fuit illa ergo Leiriæ in te. Quanquam & hīc ego virum amicissimum, quæ est in amicitia libertas, iuuenili audacia interpellare non dubitem, quām sit hoc nomine literis infestus, quòd optato perfruens otio nullos in eis haec tenus ediderit commentarios: hi enim debent esse doctis hominibus hæredes, homini præsertim sacris deuoto, & qui non vitæ solūm professione, sed probitate etiam virum eiurauit. Rumpe igitur moras, vir eruditissime, nec tibi villos lusitana iniuria cancellos circumponat; tecum enim studiosorum nomine expostulare non desinam, donec non tibi, nec tuis solūm, sed omnibus etiam vtilis appareas.

(?.)

101

P E T R I A L F O N S I
D E V A S C O N C E L L O S
Liriensis in Iure Canonico Bac-
chalaurei de Harmonia
Rubricarum Iuris
Canonici.

S E C U N D A P A R S.

*Ad Theotonium de Bragança Archiepisco-
pum Elborensem.*

T H E O T O N I O A R-
chiepiscopo Elborensi Petrus Al-
fonius de Vasconcellos.

S. P. D.

P R O L O G V S.

ME A R V M R V-
bricarum secunda pars sub
tuo nomine in lucem pro-
dit: prodit autem in luce
G 3 hominum,

hominum, nempè in Madriti Curia,
vbi non tam laudis tuæ, quam mihi
attractare nefas, non ingenioli mei,
quod scio esse tenuissimū, quam tuo-
rum erga me beneficiorum publicum
testimonium ferre cupio. Dabis igitur
veniam, vt ex hoc mundi theatro
illa in vniuersum orbem vox mea di-
uagetur, me tibi illud debere, quod
neq; ore explicari, neq; vita ipsa per-
solui possit. Dùm autem, nè ingratus
moriar, noctes, diesq; contendo, no-
strum per ora hominum nomen bis
volitet, vt tāta te in me beneficia con-
ferente, quò maiora videantur, in
quem tu illa conferas, nemo
ignoret.

D E

D E H A R M O N I A

R V B R I C A R V M

Iuris Canonici

S E C V N D A P A R S.

Ad Rubricam de Renuntiatione.

V P E R I O R E S Rubricæ, quas
Leiriæ otium nobis dedit, iure suo
postulare videntur, vt nos, qui hacce
nus à suscepso labore respirauimus,
velut athletæ quidam lassi certami-
ne, quod de natura adueniente ve-
rè inquit Philo, post respirationem
recolligamus vires, atq; ita de intè-
gro ad labores anniversarios redeamus. Est enim animus,
ni votis obsistat Deus, quod tamen omen auertat ille, sin-
gulis quibusque annis hoc literis tributum pendens aliquē
ex Rubricis nostris partum edere, vt sic omnibus ab-
solutis supremā tanto operi manum imponamus, quod me
veluti æs alienum aliquando non senem, sed iuuenem per-
soluturum non despero. Addit animos Harmoniæ nostræ
prima pars post solum tertium & vigesimum ætatis annū
completum à nobis elaborata, quæ res si quidquam glorię
peperit mihi, quod video quam sit exiguum, hoc certe
gloriaril liber, quod literarum imprimendarum artem nun-
quam noui, nisi eo primū die, quo typis me committens
prius vidi literis plumbeis effictum in omne æuum nomen

G 4 meum,

meum; si tamen genium habuerit libellus ille, quam literas ipsas plumbreas vnuquam videre. Hinc enatum est ardens illud desiderium animo meo semper insidens, ut typis vivere, typis emoriciupiam exclamans cum Sanazario,

Hoc vitæ genus, hoc studium mihi fata ministrant;

Hinc opto cineres nomen habere meos.

Nec mirum, si homo Leiriensis Leiriae à multis annis extintam literarum impressionem iterum excitem. Vt enim mihi relatum est ex testimonio multorum, qui se id à Petro Nonio Cosmographo regio maximo Mathematicorum facile principi, & à viris doctis audisse affirmabant, Aeneas in libris scribendis formas Ioannis Cuthembergi ad Maguntiam inuentum Leiria nostra omnium in Hispania prima apud se habuit, quod in honorem patriæ, de qua omnis, ut ait quidam nostras, commemoratio iucundissima est, dixisse liceat, idq; exemplo Vlpiani, qui eam, à qua ducebat originē, Tyriotum Coloniam Phœnicē miris in cœlum laudibus extollit in. l. 1. ff. de censibus.

¶ Ad Rubricam igitur de Renuntiatione votis, & institutis nostris satisfacturi accedamus, quæ secundæ Harmonię nostræ parti felix, faustumq; Deo duce principiū dabit. Erit tamen operæ pretium antè illius ingressum quædam hoc loco adnotare, quæ fuerat in principio alterius primæ partis opportuniū adnotanda. Cum enim ibi de Rubricæ verbo ageremus, id circò rubricas pro librorum, & legum titulis usurpari diximus, quod olim inscriptiones & librorum, & titulorum rubrica conscribebatur, quod & posteā multa legētes inuenimus apud Vaconium in declarationibus iuris ciuilis lib. 5. declaratione. 65. qui rubricę verbum in ea significatione minus latinum esse perperam existimat. Causam autem, quare rubrica inscriptiones notarentur,

tur, neque occurrit tunc dicere, neq; si occurreret, fortasse possem. Venit enim nō multis abhinc diebus in manus mihi libellus quidam Rainaldi Corsi, cui euangelia deberi fateor, quod in eo huiusc rei causam inueni eò iucundiorē, quod longius ab illius anquisitione aberam. Ex quo & illud collegi, quam doctus, quotq; librorum lectioni deditus esse debeat, qui liber quoq; esse vult. Licet enim dici soleat certis ingenij immorari oportere, si velis aliquid trahere, quod animo fideliter sedeat: in peregrinatione existētibus hoc euenire, vt multa habeat hospitia, nullas amicitias, idem accidere his, qui nullius ingenio se familiariter applicant, sed omnia cursim, & properanter transmittunt: nihil æquè sanitatem impedire, quam remediiorum crebrā mutationē, non conualescere plantam, quæ sæpè transfertur, distrahere librorum multitudinē: id tamē his, qui student, non, qui scribunt, præscribendum est. Quin & noster Paulus, quem ob egregiam legum peritiam Politianus lib. 4. epistola. 9. Choripheum Græco vocabulo appellari docet, legendo libros doctiores, & meliores reddi homines testatur in. l. pen. ff. ad exhibend. Et per exercitium lectionis sciētiæ rep̄eriri margaritam in cap. nisi cūm pridēm, hoc nostro titulo, doctissimus inquit, Innocētius, cuius clarissima in decretalibus resp̄o nitent inter alia, velut int̄ ignes luna m̄nores. Quod si videre cupis, an multos expediat habere libros, & quis eos primū legēdos præbuerit, lege Senecā in lib. de vita, & moribus Philosophorum in. 3. part. Hieronym. in epist. 40. Oldral. consil. 35. Gell. lib. 6. Noct. Attic. c. vlt.

¶ Ait, itaq; Rainaldus noster lib. 2. suarum indagationū, cap. 2. solūm inter iurisperitos Ioannem Pratum in Rubr. si cert. pet. questionē excitasse, cur Rubricas antiqui rubro

colore scripserit, sed minùs bellè dissoluisse. Nam cur, inquit, rubricæ scribuntur rubris literis? ideo, quia primi scribentes fuerunt secundum Isidorum quidam vocati Senites, qui scribebant in rubro, &, quia erant secundum quosdam adhærentes mari Rubro. Hæc Pratus. His verò quid ineptius? quærerit enim causam, & reddit originem, quæ quām diuersa? Mihi igitur, inquit Rainaldus, tanquam aliud agenti sese obtulit libellus de coloribus Antonij Thylesij Consentini, cuius verba h̄ic adnotare statui, quod præclarè hanc dirimant controuersiam: sunt verò eiusmodi cap. 13. Vt ebantur, ait, veteres, quod nunc etiam seruatur, cūm librorum titulos notarent, colore phœnicœ, in honorem, memoriamque phœnicum, quos literarum tradunt fuisse inuentores. En itaque vndē venerit consuetudo scribendi rubricas. Nam phœniceus color flagrans est, & vti viola flammea, quod idem Thylesius. 10. c. eiusdem libri præmisserat. Et videre est in Noctibus Atticis Gellij lib. 2. c. 26. & lib. sequenti. c. 14. Hastenūs, nec vltra Rainaldus. Autoritatem tamen, quam citat Gellij secundo loco, non. c. 14. sed. c. 9. inueni. Fuisse autem phœnices literarum inuentores vel ex Lucano constat lib. 2. illis carminibus,

Phœnices primi, si famæ creditur, ausi

Mansuram rubibus vocem signare figuris.

Sed, quid phœnicœ colori cum phœnicibus, Rainaldus non docuit sola vocis similitudine fortassis contentus, cūm tamen vtrunq; verbum re longè distet. Phœnix enim, à qua phœniceus color, Græcis palmam significat, vt docet Gellij interpres Mosellanus, cuius fructus, cūm præ rubore vehementer fulgeat, causam dedit rubicundo colori, vt phœniceus, seu phœnicus appellaretur: Phœnix verò, à

quo phœnices dicti sunt, fuit Neptuni quidam, & Libyes filius, quod ex Silio Italico haud contemnendo poëta colligitur lib. 1.

Et, qui longa dedit terris cognomina, phoenix.

Oportet igitur hac in re, qui Consentino, & Rainaldo assentiri volet, ad eos configere, qui phœniceum colorem eundem esse cum purpureo existimarunt, à phœnicibus ita dictum, apud quos præstantissima purpura tingebatur. Quibus negotium non faceisset Piinij autoritas lib. 21. cap. 23. qui à purpureo colore phœniciū videtur distinguere: id enim docēdi gratia facit, vt & plerunq; Cicero, qui vocabulis idē significatiōbus vim quandoq; infert, & doctrinæ gratia diuersa significare cogit, quod & ipse Cicero testatur in quodā ex Tusculanarū, ni memoria me fallit, libris. Quæ nostra si ad Rainaldum quis adiunxerit, haud scio, plus ille nobis, an nos illi debeamus: certè omnia, & Rainaldi, & nostra ad primā Harmoniæ nostræ partem si addiderit, multū ea, quæ de rubrica diximus, illustrabunt. Nunc ad rubricam de Renuntiatione veniamus.

3. Communis huius rubricæ cōtinuatio, cōmunis series hæc est: egit Pontifex de postulatione, electione, & trāslatione: quia verò ea, quæ his acquirūtur modis, renūtiatione amittuntur; consequēs erat, vt de renūtiatione ageret. Hæc cōtinuatio sola doctorū autoritate nititur: si enim rationem quæramus, est ratione prorsū destituta. Nam si de amissione hoc loco consequēter agendū erat, quid agit titulus de Accusationib⁹, de Simonia, de Adulterijs, quid deniq; oēs ferè alij, quos Gregorius in librum ultimū reiecit, quibus frequētius adquisita beneficia, vt sunt homines ad peccatū p̄clines, amitti solēt. Renūtiatio enim rara est: vix inuenitur aliquis, qui suscep̄to renūtiare oneri mai⁹ on⁹ existi-

existimet: nulla enim ratio, ut inquit Clemens. III. in cap. super hoc, hoc nostro titulo, hoc verisimile reddit, ut quisquam beneficium multis forte expensis, & laboribus adquisitum, quo sustentari debet, facile sine magna causa sua sponte resignet: præsertim cum renuntiatio iuris sibi competenti censeatur donatio quædam. Cou. multos, multaque leges referens lib. 2. variar. cap. 4. num. 8. donare autem præsumatur nemo. I. cum de indebito. ff. de probat. latè exornata à Tiraquel. ad. I. si vñquām, verb. donatione; num. 285. cum sequentibus, Menoch. centur. I. casu. 84. Roland. consil. 10. Quocircà communem continuationē resignabimus; neq; hæc nobis resignatio culpæ dabitur: est enim miserrimi, ut quidam ait, ingenij non addere aliquid inuenitis.

4 Sit hæc ergò nostra continuatio: egit Pontifex de electione, translatione, & postulatione, qui sunt ad creandos Ecclesiasticos ministros, & magistratus à iure repertimodi: cumq; in horum manibus resignatio sit facienda, ut Doctorum loquamusur verbis admonente. c. admonet, hoc tit. postulabat ordo, ut, quod in renuntiacione ius seruandum esset, hoc nobis in loco idē Pontifex explicaret. Qua proposita continuatione, renuntiatio ipsa, quæ videtur notissima res esse, quid sit, primū est videndum.

5 Gothfredus, Hostiens. & alij in summa huius tituli, cumq; his Antonin. 3. part. tit. 19. c. 5. definiunt renuntiacionem per iuris proprij spontaneam refutationem, quæ tamè definitio facillimè refutatur. Agitur enim in hoc titulo de renuntiacione beneficiorum ecclesiasticorum, quæ sine superioris autoritate fieri non potest. d. c. admonet. c. quod in dubijs. c. nisi cum pridem. Vnde, quæ absq; superioris autoritate renuntiatio fit, cum nullos producat effectus,

effectus, renuntiatio nec est, nec dici potest: clamant enim iura verba omnia accipienda esse cum effectu. c. relatum, vbi gloss. verb. cum effectu, de clericis non resident. I. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Petrus Rebuf. cuius in hac materia recens, sed non leuis est autoritas, eadem mutatis verbis definitionē usurpauit, ac si in mutatione verborum huius definitionis salus consisteret: in praxi enim beneficiali. 3. part. tit. de resignationibus resignationē definit liberam iuris sui dimissionē, seu cessionē iuris sui; quæ definitio solo verborū cortice à superiore distat: Quid enim mihi proderit libera iuris mei dimissio, ut exinde renuntiatio oriatur, si ius illud eius sit generis, quod non possit aliter, quām superioris autoritate, renūtiari. Mittamus igitur Hostiensis, & Rebuffi definitiones, mittamus definitiōnem Angeli in summa verb. renuntiatio, quæ in idem ferè recidit; definitionem aliam, quæ magis sit legitima, in medium afferentes.

6 Est itaq; renuntiatio sumpta in genere, quo cessionē, resignationem, & repudiationem comprehendit, iuris aliquius legitime facta refutatio. Quæ definitio exactior est, & vnico verbo omnes difficultates tollit, nec aliquam patietur iniuriam, si non explicetur à nobis, cum pulchrū habeat interpretēm Ioannem Monachum in rubrica huius tit. lib. 6. Alciat. in. I. 1. C. de paſt. Petrum in concordatis titul. de Regimine ad prælaturas. §. monasteria, in glossa perceptione:

7 Ex hac definitione infertur beneficij renuntiacionem non valere, nisi fiat autoritate superioris: Ex hac beneficiū non vacare, licet renūtiatio facta sit, nisi, postquā illa autoritas interuenierit: Ex hac deniq; renuntiantem habere post ipsam renuntiacionem verum titulum, donec renuntiatio

tatio per superiorem admissa sit, ut multis adductis docet Cou. var. lib. 1. c. 5. num. 6. Est enim autoritas superioris renuntiationi à iure præscripta forma, ut in d. c. admonet, satis manifestum est. Aequantur enim in eo c. tam, qui beneficium ecclesiasticum inconsulto superiore intrare audet, quam, qui dimittunt: ex quo efficitur renuntiationis beneficiorum autoritatem superioris formā esse, quemadmodum adquisitionis eorundem forma est eadem autoritas, quam vocat canonicam institutionem Reg. beneficium, de reg. iur. in. 6. qua semota non potest licite beneficium obtineri. d. Reg. beneficium, cap. ex frequentibus, de institut. adeò, ut multorum sit opinio beneficium sine superioris autoritate impossibile, atq; ita impræscriptibile esse (quo rum mihi verborum veniam imperatam velim, quemadmodum in multis alijs iuris nostri nominibus non aduersas, ut cum Rodolpho loquar, optauerim lectoris aures) quod tamen quam distet, non est huius loci perquirere. Cum autem forma sit, quæ dat esse rei, & conseruat eam in esse. l. Julianus. §. si quis rem. ff. ad exhibend. &c, vbi forma deest, res etiam nō sit, nec dicatur facta. l. si is, qui quadrangenta. 80. §. quædam. ff. ad. l. Falcid. recte sequitur deficiente in renuntiatione autoritate superioris, quæ est renuntiationis perfectio, formaq; ipsam quoq; renuntiationem planè deficere. Perfectio enim cuiusq; reiforma substantialis est ipsius, Aristot. 1. politic. Bart. in tractatu de Alueo. §. quod si. Sed cum is solus scire dicatur, qui res ex causis agnoscit, ut idem ait Aristoteles, & ex eo Osorius de Sapientia lib. 4. quænam fuerit causa, cur Pontifices autoritatem superioris in renuntiatione beneficiorum pro forma inuixerint, peruestigandum est: nec tamē occurret longus in illius peruestigatione labor. Beneficium nanq; cum

cum alicui confertur, non beneficiario, sed ecclesiæ principaliter consulitur; confertur enim, ut profit, non, ut præsit. c. qui episcopatum. 8. q. 1. Et hinc est, quod ecclesiarii rectores, & beneficiarij vocantur ab Esa. c. 5. 6. Canes, sicuti refertur in c. sit rector. 43. dist. ea nempe de causa, quia pastores ecclesiæ illud præ oculis habere debent, ut canis instar assidue latrent, hominum vitia nunquam incessere defistant, animum ferum induant, nullius profani gratiam captent: quo canis hieroglyphico olim apud Aegyptios sacerdotes significari docet Pierius Valerianus de sacris Aegyptiorum literis in commentario de Cane lib. 5. & in oratione pro sacerdotum barbis. Quemadmodum etiam per gallum ijdem sacerdotes intelliguntur Iob. 38. quis dedit gallo intelligentiam, idq; ob easdem ferè, quas de cane retulimus, rationes, de quo tamen Antonin. 3. tomo tit. 3. 1. cap. 10. 6. 3. Chassan. in Cathal. 3. part. considerat; 38. vers. etiam doctores quanuis. non melateat gallum in illo Iobi loco aliter accepisse Ioannē Picum Mirandulam omnium literarum delicias in oratione, quam habuit ad cœtū Romanorum, ut refertur à Tiraq. de nobilit. c. 31. num. 25. Ex quibus apparet beneficiarios non in suam, sed in subditorum utilitatē beneficium accepisse. Huc spestat ætatis illa maturitas, grauitas morum, & literarū scientia, quam in omnibus sacris ordinibus, & ecclesiasticis ministerijs inquirendam esse docet Alex. III. in cap. cum in cunctis, de electione edito in Concilio Lateranensi, & innouato in Tridentino session. 7. de reformat. c. 1. Nec enim requirentur illa omnia, ni beneficiarij prouisio fieret in ecclesiæ principaliter utilitatem: quod est adeò verum, ut non beneficiarius solùm, qui contrahit perpetuum cum ipsa ecclesia coniugium, sed nec commendatarius, cui committitur

titur ad tempus illius administratio, suffici possit aliter, quām in legitima ætate, & sacerdotio constitutus, cap. nemo deinceps, de elect. in. 6. Quod si negari nequeat interuenire hic non principalem, sed aliquam tamen, hoc est secundariam, beneficiarij vtilitatem, facile erit recurserē ad. l. 1. ff. de autor. tutor. quæ talem autoritatem considerari nullo modo patientur. Cūm hæc igitur ita sint, meritò in ecclesiæ renuntiatione consulendus est superior, qui ex suo iudicet arbitrio, vtrum ea renuntiatio ob sit ecclesiæ, quam simulatque viderit incommōdum illi esse, nequaquam eam admittet. Sic Alexand. III. in. cap. 1. hoc titulo Battonensis Episcopi preces exaudire noluit contrariam exigentis ecclesiæ vtilitatibus cessionem, cūm tutius foret, vt ille inquit, sub umbra illius nominis gubernari ecclesiam, quām alteri nouæ, incognitæq; personæ gubernandam committi. Sic Innocentius. III. in. cap. nisi cūm pridem sextanum assignat causas, ob quas renuntiatio sit facienda, quatum qualibet interueniente & prælato, & ipsi Ecclesiæ renuntiatio est vtilis, vt ex cursu illius capitis doctissimi, & elegantissimi apparet. Hinc est, quod exemptus, si summo subsit Pontifici, non potest sine summi Pontificis licentia renuntiare, quod in cap. ultimo huius tituli est expressum. Cuius tamen capit is epigraphe in vulgatis exemplaribus vtiliosa est: trahitur enim Gregorio. IX. ad. Agathensem, & Uticensem Episcopum, cūm sit potius tribuendum Honorio. III. ad Agathensem, & Nicenum Episcopum, & Archidiacorum Agathensem, si fides danda est antiquis libris, immo si danda est Contio de antiquis libris testimonium ferenti in decretalibus, quæ eius doctissimi viri opera in lucem prodierunt.

8 Hinc,

¶ Hinc, vt ego existimo, effectum est; vt aliqui curiosi, nè à Bonifatij verbis discedamus in. c. i. hoctit. lib. 6. discipantes de ijs, quæ non multum expediunt, in dubitationem deduxerint, vtrum posset summus p̄tífex renuntiare Papatui. Videbant enim iure esse prohibitum, nè quis sine licentia superioris eam, in quam vocatus esset, sollicitudinis partē desereret. c. admonet, hoc tit. videbant summum p̄tificem superiorē in terris non agnoscere, qui nō humanæ constitutioni, sed diuinæ potius innititur. c. nouit, de iudic. non poterant igitur in eam adduci sententiam, vt crederet pontificem renuntiare posse dignitati suæ. Quam quidem fuisse in illo textu rationē dubitandi, lex enim non fit, nisi in casu dubio.. l. labeo. ff. Carbon edict. gauisus sum maximè existimasse Lācellottum in institutionibus iuris Canonici sub tit. de renuntiatione. §. de Romano: quod eo tamen non viso iam multò anteā prævideram: idq; eō libenter modò dixerim; quod multa fortasse in scriptis nostris occurrit, quæ cūm aliquis apud alios fortè inuenerit, videtur debimur potius riuiulos consecati, quām à fontibus ipsis hausisse, sicuti mihi contigit in prima parte meę Harmonię quibusdam in verbis, quæ post illius editionem legi apud Franciscū de Caldas in sua. l. si curatorem, sumusq; ambo, vt videtur, mutuati ex Rodolphi Agricolæ de laudibus Mathiæ Richili oratione. Quid, quod tertio post mense, quām nostra est Harmonia in lucem edita, incidi Leirię in libellum quendam Theodori Straitmanni Alemanici, qui inscribitur, Harmonia titulorum vtriusq; iuris: qua inscriptione, quam ne per somnum quidem vnquam audiuerā, sum equidem, vt verum fatear, commotus valde: timui enim, nè me aliquis verborum vsq; adeo putaret inopem, qui titulum operi meo ab Alemania aucuparer, quanuis

H titulo

titulo excepto nihil illi in toto opere nobiscum commune sit. Sed quid mirum, si altera preter nostram scripta sit. Harmonia, scripsit enim & alter Petrus Alfonsus, cuius meminit Dionysius Carthusianus de quatuor nouissimis art. 14. sed, ut ad institutum reuertamur, dubitationem illam, an pontifex renuntiare posset, sustulit in. c. 1. hoc tit. lib. 6. legillatorum maximus Bonifat. VIII. constitutionem referens à Celestino prædecessore editam, quæ statuebat Romanum pontificem posse liberè resignare: qua tamen de re Petrus Mexias non nimirum, vt videtur, amator Bonifacij historiam non illi admodum gratam refert, quam videre poteris in vita Adulphi post principium. §. Alcabo, & cuius meminit Carranza ea, qua solet, breuitate in summa Consil. sub vita Bonifat. VIII.

9. Licet autem Archiepiscopus Florentinus. 3. part. tit. 22. cap. 4. §. 2. eam constitutionem intelligat interueniente Cardinalium consensu, qui ea in re vniuersalis Ecclesiæ personam agunt, cuius gubernationi per pontificatus acceptationem sumimus pontifex est addictus, & ita interpretetur vulgare illud iurisperitorū axioma ex. l. si quis. C. de pact. quod nēpē quilibet potest renuntiare iuri suo, scilicet in eo, in quo non est alteri obligatus, vel subditus, nec. D. Antonino negotium facessat verbum illud, libere, positum in. d. c. 1. quod est liberè secundum iuris regulas intellendum ex. l. si quis. C. de in offic. test. audacter tamen dixerim Cardinalium consensum in ea renuntiatione necessarium non esse, cum pontifex in. d. c. 1. id non expresserit, expressurus sane, si necessarius foret: maxime, quia, quanvis summus pontifex sit Ecclesiæ vniuersalis administrationi prepositus, illiq; eo nomine obstrictus, id tamen sic est intelligendum, vt, dum pontifex est, pontificio muneri non desit, Eccle-

Ecclesiamq; administraret, iuxta illud Christi Domini, pasques meas, nempe dum pastor fueris, mearum cuius curam gere: quod si pontifex pastoralem curam legitimis de causis deserere constituat, nulla amplius obligatione obstringitur, quæ per renuntiationē penitus evanuerit. Debet autem cauere bonus pontifex, nē ad renuntiationem, nisi ob causas maxime necessarias, accedat, neve ad otium aduersus gloriosi pontificis Martini exemplū adspirare contendat, cuius meminit Innoc. in d. c. n. s. i. c. 1. pridem: qui enim ita renuntiauerit, Ecclesiamq; deseruerit, nō parui apud dñm flagitijs reus erit, vt colligitur ex historia illa, quā recitat Socrates Ecclesiastice historię li. 4. c. 23. & ex eo Cassiodorus lib. 8. Tripartitæ. c. 1. Cum enim Ammonius monachus ad episcopatū vocatus dextera sibi auriculā, vt corporis deformitate munus illud effugeret, amputasset, & Euagrius vir alter literis, & sanctitate maximis à Theophilo Alexандri episcopo electus episcopus nihil fœdum, nihil vetitum committens cane peius, & arigue episcopatum vitasset, obiecissetq; Ammonio voluntaria auriculę abscissionē, quasi abscissionis iniuste poenas iustissimas soluturo: tu vero, respondet Ammonius, o Euagri, ignoras te pœnā apud Deū daturum, q̄ linguā tibi abscederis propter tui amorē gratia tibi data minime vñfuruſ? quanvis enim negari nequeat pastorem, qui renuntiat, tutiore in portu quasi nauigare, sequendum tamen est Iesu Christi opt. max. pastoris exemplum, qui è cœlo descendit in terras, & tot labores, atq; adeò mortem sustinuit, vñcentesimā ouē errātem, & vagā quereret, quæsitā inueniret, inuentā in humeros tolleret, & ad ouile reduceret. Quæ verba notaui ex epistola Cardinalis Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis sanctissimi, atq; vigilantissimi pastoris lib. 1. epistolarum, quas ipsius

H. 2. nomine

nomine Ioannes Boterus Benensis conscripsit, & euulgavit, scripta ad Bartholomæum Archiepiscopum Braccharensem insignem pietate, atq; eruditione virum, quo tempore ex pontificis max. autoritate Braccharensis Ecclesiæ onus depositus, soluitq; ferreos, vt ille vocabat, compedes, seq; viannam, vt ad obéudam mortem compararet, in monasterium ordinis sui contulit. Erat enim hæc frequens sapientissimi Borromæi sententia, vt episcoporum renuntiationes nequaquam probaret, vt testatur in quadam epistola illustrissimus Specianus Episcopus Nouariensis olim apud Catholicam Maiestatem in regnis Hispaniarum nuntius, vir & virtute, & literis, & sanguine, & autoritate maximus: cuius Cardinalis sanctissimi testimonium, cùm perfecti pastoris idea fuerit, tanti esse debet, vt, non, nisi insuffisimis, & probatissimis de causis, ad renuntiationem deueniatur. Vnde piè credendum est, pontificem Celestinum, cuius fit mentio in d.c.i.li.6. Neapoli sanctissimis de causis summo sacerdotio se abdicasse: sic enim, quidquid effutiat proterua poetæ Dantis garrulitas, ipsius renuntiationem commendat Franciscus Petrarcha, si euolueris eius eum librum, qui est de vita solitaria. Enumerat autem quatuor Antoninus, qui summo pontificatu renuntiarunt, Clementem, Cyriacum, Marcellinum, & Celestimum, quos videre potes per eundem d.loco.

10 Quoniam verò Lancellotus Perusinus vbi suprà in principio renuntiationem per iuris proprij spontaneam refutationem definit, quærere libet, si summus p̄tifex institutiones illas pontificio nomine edi pateretur, quæ Lancelotti ipsius vota fuerant, illisue autoritatem suam impartiret, atq; ideo suas ficeret. l.i. §. sed neq; C. de veteri iure encl. quo tūc essemus modo definitionem illam defensuri.

fensuri. Scitum est enim, quod iuris pontificij studiosi omnes in pontificum verba iuramus; ad quorum disciplinam tanquam ad saxum sic adhærescimus, vt ab illis ne latum quidem vnguem discedere ius, fasq; sit. Quod idem in imperatorum responsis fieri solet, cum non de legibus, sed secundum leges iudicādum sit. c.in istis. 4.dist. nec tam liberi, & soluti simus, vt integra nobis sit de legibus iudicandi potestas; imo, vt omnia, quæ sunt ab illis præscripta, & imperata, defendamus, necessitate constringimur. Quod tamen, vt de alijs fileam, scio, quam parùm curauerit Rævardus, dum in l.vlt.C.de compensat.iuncto. §. in bonæ fidei, institut.action. & in. §. item inuiti,institut.de Curat. §. i. institut.eodem.l.tutor. ff. de rit.nupt.l.siuè generalis. ff. de iure dot.l.2. ff. de in ius vocando. §. ius autem gentium, instit. de iure nat.gent. & ciuili. §. i. instit. quibus modis tut. finiat. iuncta.l.vlt.C. quando tutores, vel curat.l. properandum, C.de iudic. Iustinianum imperatorem sub Tribonianii nomine erroris, & negligentiae nimia libertate insimulat, vt videre est per eum var.lib.i.cap.11.&c.17.lib.2.c.10.&c.15. lib.4.c.1. &c.10. &c.14. Atq; vtinam illud nobis sit aliquando otium, eaq; librorum copia, vt Iustiniani, quem rudem, & illiteratum principem vocat ille, sicuti analphabetum, & literarum expertem Antonius Roscius Perpinianensis li.1. Memorab.c.2.& Tribonianii apologiam aduersus hunc, & similes blaterones iuste suscipere possimus. Nec enim minor legislatoribus nostris seruandus est honor, quam seruatur à Peripateticis Aristoteli flumen illud aureum, vt inquit Cicero in Lucullo, orationis fundenti, cuius mentem velut oraculi suspensam, & ambiguam indagine perquirunt, quem nè imperitiæ redarguant, quā tamen ille, vt homo, qui vt plura sciat, nihil se scire dixerit, nisi id ipsum,

H 3 aliquan-

aliquādo fortassis non effugiet; vertunt se in omnia, potiusque se Aristotelis sententiā non consequutos, quā Aristotelem non consequutū omnia, audent cōfiteri. Quibusse tñmodis à iuris antinomijis, & labyrinthis explicēt interpres, docet Læcellottus in cōmentario. Instit. li. 3. fo. mihi. 56.

11. Occurrebat ergò, vt ad institutum véniamus, quòd, licet renuntiatio sine superioris autoritate fieri nequiret; & idcīcō nullius absq; illa foret momenti; non erat tamen autoritas illa de renuntiationis substantia, nec proinde in illius definitione comprehendenda: cùm definitio sit oratio, qua, quid sit res, explicatur, iuxta Agricolam de inuentione dialectica lib. 1. cap. 5. & Ciceronem ad Brutum, & in 1. de Oratore, quo loco, definitio, inquit, est rerum carum, quæ sunt eius rei propriæ, quam definire volumus, breuis, & circumscripta quædam explicatio: in qua definitione notandum est verbum illud, propriæ; est enim proprium secundum Aristotelem id, quod omni, & soli inest, & semper: licet non me lateat Porphyrium in Isagoge quadrupliciter dixisse proprium dici, qua de re alibi fortasse opportuniūs. Quod verò attinet ad eam, de qua agimus, satis nobis sit definitionem esse rationem substantiam cuiusque rei significantem secundūm Boetium citatum à gloss. in l. omnis definitio. 202. ff. de Reg. iur. Gigantem de pensionibus quæst. 1. in princip. vndē illa proculduo erit optima definitio, quæ, quid sit res, hoc est, substantiam eius, explicauerit, nihilq; vlt̄a comprehenderit. Debet autem in iure vulgatum esse non esse omne illud de substantia alicuius actus, sine quo actus ipse consistere nequit: nām nec apud philosophos, nec apud iurisperitos erit vlliū momenti illa consequentia, non valet actus sine hac solemnitate, igitur hæc solemnitas est de substantia actus,

idq;

idq; optimè tradit Bart. in l. vniuersa. C. precibus imperat. offerend. Iaf. ibidem num. ii. Felin. in c. tuis. num. i. ad fin. de testib. Demus in exemplum matrimonium. Illud est viri, & mulieris coniunctio indiuiduām vitæ consuetudinem retinens: sic definīt imperator in principio. instit. de patr. potest: sic pontifex in c. illud de p̄fsumpt. sic vetus Decretorum parens Gratianus in principio. 27. quæst. 2. sic leges Castellæ in l. 1. tit. 2. part. 4. Qui verò matrimonium ita definierit, est viri, & mulieris coniunctio indiuiduām vitæ consuetudinem reuinens p̄frente parocho, & duobus, aut tribus testibus celebratum, malè quidem definiet, cùm tamen hodiē iuxta decretum Concilij Trident. sess. 24. de reformat. matrimon. c. 1. matrimonium, quod fuerit aliter, quām p̄frente parocho, & duobus, aut tribus testibus celebratum, nullius penitus sit momenti. Ne tamen nobis obiciatur illud, quod autore Hieronymo in epistola quædam aduersus errores Ioannis Episcopi Hierosolymitani vetus narrat historia contigisse eidam, qui, cùm discretè diceret, ferreturq; impetu, & volubilitate verborum, causamq; omnino non tangeret, prudens auditor, & iudex, benè, inquit, benè, sed quò istud tūum tam benè? Iam quomodo hæc omnia, quæ sunt à nobis dicta, cùm his, quæ sunt dicenda, conueniant, ostendendum est: nempe idcīcō hæc omnia p̄fati sumus, vt idem, quod de matrimonio diximus, de renuntiatione dicamus. Licet enim renuntiatio non possit sine autoritate superioris effectum suum fortiri, non est tamen illa autoritas de substantia renuntiatio nis, cùm renuntiatio solūm sit iuris proprij spontanea refutatio; iustis autēm de causis sit inductum, nē si ne autoritate superioris fieret, vt superiū probatum est. Quapropter non oportebat verbum vllum in definitione

H 4 addi,

addi, sub quo autoritas superioris includeretur.

12 Quid? quod tentari potest sub illo verbo, spontanea, autoritatem illam contineri. Idem est enim spontanea, ac voluntaria, iuxta illud Varronis lib. 5. de lingua latina, qui spoponderat, despontisse dicebatur, quod de sponte eius, id est, de voluntate exierat. Præsumendum est autem velle renuntiantem voluntatem suam legi conformare, quæ est regula nostrarum actionum. l. 2. ff. de legib. diximus. 1. part. in Rubric. de Constitutio. numero. 3. iuuat maximè definitio voluntatis ab Stoicis probata, cuius meminit Cicero libro. 4. Tusculana. voluntas est, quæ quid cum ratione desiderat: ergo, ubi aliquid contra rationem desideratur, voluntas non est: qui autem sine superioris autoritate renuntiare vult, vult aliquid contra rationem, nempe contra legem, quæ est rationis ordinatio, ergo in eo voluntas non est: sed in definitione fit mentio voluntatis, ergo illius, quæ cum ratione est; nulla est enim alia voluntas, ut ex eadem Ciceronis, imo Stoicorum definitione probat Rainald. lib. 3. indagat. cap. 13. soluens obiectionem glo. in principio verb. inferre. 1. distin. dum obijcit principio illo naturali, ut nemo velit alteri, quod sibi nolit, fieri, iudicem velle mortem inferre reo, non tamen velle, ut sibi inferratur: id autem licet non bene dissoluat glossa, & obscurè idem Rainaldus, clarissimè, & optimè dissoluit ex eo, quod in d. principio agitur de voluntate, quæ cum ratione est, & contra rationem erit, si iudex sibi innocentem velit inferri mortem, quam ipse nocenti infert: quod si & iudex quoq; sit nocens, vel aliter Reip. expedit, illam & quo animo subire debet, ut ex Zaleuci Locrensis exemplo patet, cuius meminit vltra alios Stephanus quoq;

Guazzo

Guazzo vir benè doctus in libris de ciuili conuersatione hecchusco sermone compositis, qui, ut legi de adulteris à se conditæ satisfaceret, alterum oculum nato eruit, alterum sibi. Adde, quod voluntas nostra debet se conformare ad voluntatem diuinam, ut est autor Durand. 1. sentent. distin. vlt. & declarat. d. Antonin. 1. part. tit. 12. cap. 1. §. 3. conformatur autem ad diuinam voluntatem, cum sequitur humanam legem, quæ à lege diuina derivatur, sicut diximus ubi suprà num. 9. vnde, qui legi humanæ resistit, diuinæ etiam resistit, quæ humanam seruari præcipit. cap. qui resistit. 11. quæst. 3. sub illa itaq; voluntate, qua ius proprium refutatur, voluntas includitur superioris, præsertim, cum omnes præsumantur boni. l. merito. ff. pro socio, boni autem præsumi non possint, si præsumantur velle facere actus legi contrarios, qui nullius sunt momenti. l. non dubium. C. de legib. sed huc usq; in gratiam Lancelloti. Definitionem quisque, quam maluerit, liberè eligat: mando enim literis cogitationes meas, nec tamè quasi Pythius Apollo, certa ut sint, & fixa, que dixero, sed potius, ut quid nobis sentiendum sit, ab illis, qui hac visiderint, addiscere parati simus.

13 Videndum modò est, quid sibi velit verbum illud, iuris, & in nostra, & in communis definitione positum. Ius enim quam multipliciter accipiatur, explicant doctores in l. 1. & penult. ff. de iust. & iur. in. cap. ius generale. 1. dist. Corras. de iure ciuili in methodum lib. 1. cap. 12. Ræuard. var. lib. 1. cap. 1. Vaconius à Vacuna in declarationibus iuris ciuilis lib. 1. declarat. 1. & declarat. 20. ubi etiam declarat, quomodo accipiatur verbum, ipso iure, Rodolphus Agricola de inuentione Dialect. lib. 1. cap. 5. Hoc autem loco accipitur ius pro re qualibet nobis se-

H 5 cundum

cundum leges competente, quo sensu dicitur quis renuntiare posse iuri suo, hoc est, remittere ius, quod in re illa sibi competit, quod vulgatius est, quam, ut probatione indigeat.

14 Illa autem licentia, quæ in renuntiatione exigitur, vbi primùm petita, & obtenta est, renuntiari non potest, imò, qui renuntiare voluit, si retrò pedem referat, renuntiare cogitur inuitus. c. quidam, hoc tit. à quo nos etiam recedere cogimur inuiti, ne Rubricæ de supplenda negligentia Prælatorum in renuntiatione diutiùs immorati negligentia nomine suspecti sumus.

A D R V B R I C A M de supplenda negligentia Prælatorum.



Vobis modis continuatur hæc Rubrica ab Abb. h̄ic. Alter Gothredo placet, Hostiensi alter: nobis verò vterq; displicet. Nec enim cùm Gothredo dicere volumus egisse pontificem de assumptione prælatorum, qui quoniām sæpè dicis causa incumbens sibi munus administrant, consequens erat, vt de supplendis eorum defectibus ageretur: nec admittere cùm Hostiense, post renuntiationem, qua beneficia amittuntur, sequi de supplenda negligentia prælatorum titulum, ex qua eadem sæpè prouenit beneficiorum amissio: primum enim non patimur, quia nō est credibile induxisse animum pontificem prælatos perfunctoriè administraturos sæpè munus

munus suum, cùm potius contrariū sit credendū, donec cōtrarium probetur; secundum minùs admittimus ex diuersa, qua in superiore Rubrica continuatione vñi sumus.

1 Sit hæc igitur continuatio: totus fuit haec tenus, estq; pontifex in creatione ministrorum Ecclesiæ: nec satis existimauit modos aliquos constituere, quibus illi crearentur, vt constat ex titulis superioribus, nisi omnia etiam remoueret impedimenta, quæ illorum creationem, & viduæ ecclesiæ utilitatem remorarentur. Hoc itaq; agit pontifex in titulo præsenti. In primo enim capite, qui est Alex. III. ad Cistercienses, statuit, vt, si dicœsanus Episcopus benedicere nolit Cisterciensem Abbatem, ipse Abbas suos possit monachos benedicere non expectata Episcopi benedictione: in secundo, & in tertio supplendam inferioris per superiorē in beneficijs conferendis negligentiam ostendit: statutum est enim in quinto Lateranensis Concilij capite, ex quo desumptum est. 2. de concess. præbend. vt, vbi primūm beneficia vacarent, nisi intrà sex menses à tempore notitiæ computandos. c. licet, hoc tit. ab eo, cui prouisio de iure pertinet, conferrentur, deuolueretur ad immediatum superiorē collatio, qui eam liberè, & absq; vi- lo impedimento iuris fauore exequeretur, qua de re præter vnum. c. 1. omnia nostrī tituli capitula agunt, agit Clem. 1. eodem tit. statutum est insuper in eodem Concilio, vt, si Ecclesia, quæ ad ius patronatus pertineat alicuius, intrà menses quatuor à patrono non maritetur, presentandi protestas ad superiorē deuoluatur. c. 3. de iure patron. & in hoc vertitur totius Rubricæ Cardo.

2 Vt tamen Rubricam nostram, et si breuiter (nec enim dabitur longiori disputationi locus) tamen pro dignitate tractemus, dici oportet, quid sibi velit verbum illud, negligentia,

gentia, quid, prælatus: à quo tempore semestre illud indul-tum à Lateranensi ad beneficia conferenda computetur: quo deniq; pacto prælatorum in re aliqua negligentia con-uincatur: vtterius enim quò progrediar, seruanda si sit breuitas, non habeo.

3 Definitur negligentia ab Angel. in summa verb. negligentia, ab Hostiens. hic, & alijs, per omissionem alicuius, quod quis facere debet, & potest: quæ definitio, quanvis negligentia in genere sumptæ satis competit, & proximè ad materialem accedat, quæ iusta, & culpa vacua esse po-test, qualis est ea, de qua agitur in c. plerunq; de rescript. ibi malitia, vel negligentia, de qua nos etiam egimus in eo tit. non tamèn quadrat in negligentiam formalem huius propriam tituli, quam culpa comitatur, de qua. I. magna negligentia. 226. ff. de verbo. significat. & de qua d. Bernard. in lib. de dispensatione, & præcepto, neglectus vbiq; culpabilis. Quod si Angelus suæ definitioni verbum in cul-pabilem addidisset, definitionem ad nostrum titulum facientem constitueret: quod tamèn verbum nec reprehendens est ille, qui de negligentia in genere agebat, si detrahit, nec reprehendendi nos, quid de formalia agimus, si addamus.

4 Est ergò negligentia, de qua in hoc titulo, culpabilis omission eius, quod quis facere debet, & potest: culpabilis dicitur, quia, licet aliqua negligentia reperiri pos-sit, quæ culpabilis non sit, illa tamèn non est ea negligencia, de qua agitur in hoc titulo, dicitur vero omis-sio, quia hæc est propria negligentia natura, vt in omit-tendo, non committendo consistat: nec enim, si verfa-retur in committendo, foret iam negligentia, sed in ge-nus aliud peccati transiret. Vnde autore Isidoro in suis

Ethy

Ethymologiarum libris negligens dicitur, quasi nec eli-gens, & iuxta Antonin. 2. tomo tit. 7. c. 3. §. 1. negligentia consistit in defectu interioris actus voluntatis, qui est ele-ctio, & definitur ab eodem, vt sit peccatum, quo voluntas est remissa ad eligendum actum debitum, atq; ideo à Gre-gorio inter filias Acidia computatur: & hinc est, quod il-lud hymnographi, delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris domine, de negligentia idem Anto-ninus exponit, cùm secundum illum dicatur delictum, quasi derelictum, quod est omissionis peccatum: solent enim iu-uenes admodum negligentes esse in illis præfertim rebus, quæ salutem animæ, quæq; æternam beatitudinem respi-ciunt. Quæ omnia eò tendunt, vt negligentiam non in cō-missione, sed in omissione positam comprobemus, quod vel ex vnius choriphei testimonio colligi poterat in I. si seruum. 91. in principio. ff. de verb. vbi probatur negligen-tiam in non faciendo, hoc est, in omittendo cōsistere. Quæ definitio colligitur ex relatis per Gomez. in Reg. de trien-nali post quæst. 28. in epilogo negligentia in principio, Menoch. de recuper. remed. 7. quæst. 5. num. 28. & lib. 2. de arbitrar. centur. 4. casu. 341.

5 Ex hac definitione deduci potest in intellectus ad. cap. i. hoc tit. lib. 6. cùm enim regula iuris sit, quod potest me-tropolitanus in suorum suffraganeorum subditos iurisdi-ctionem exercere, quando suffraganeus negligit eisdem subditis iustitiam ministrare; cuius ea redditur dispositionis ratio, quia proprium est metropolitani munus occurrere grauaminibus, seu excessibus suorum suffraganeorum, quā-do suffraganei suis subditis iustitiam non administrant, c. per singulas, ibi, qui eis præst, curam, & sollicitudinem, 9. quæst. 3. c. clericos, ibi, sollicitudo enim totius prouincie, 21. dist.

21. dist. tex. opt. in. c. 1. 99. dist. nec potest aliter commo-
dius talibus per metropolitanum occurri excessibus, quam
si denegata partibus iustitia ministretur; cum sit, inquam,
metropolitani propriū huiusmodi suffraganeorum negligi-
gentiā supplere, mirū est, cur in d.c. 1. suffraganeorū excō-
municatorū negligētiā supplere prohibeatur Remēsis Ar-
chiepiscopus, ac per cōsequens in eorundē subditos iuris di-
ctionē exercere. Quod ea tñ ratione procedit, quia, cùm ibi
episcopi propter impedimentum iuris, id nempē, quo ad-
dicti erant, excommunicationis vinculum, iustitiam non
ministrarent subditis, quanvis id impedimenti ex culpa
proueniret ipsorum, negligentes tamen quoad iuris effe-
ctus non censebantur: cùm sit enim negligentia culpabilis
omissio, omisisse non potest dici is, qui quavis de causa fa-
cere non potest, quod probat expressè textus in. c. quia di-
uersitatem, de conces. præbend. vbi gloss. verb. suspensio-
nis, & Abb. num. 3. Pinel. in Auri. nisi tricenale, num. 46. C.
de bon. mat. quod tamen non procedit adeò indistinctè,
quin, si impeditus sit in remouendo impedimento negligi-
gens, incurrat omnes negligentiae inflictas poenas, & re-
putetur negligens ad iuris effectus omnes, in qua distin-
ctione adhibenda doctores nostri dictis locis negligentes
non fuerunt.

6 Habet verò negligentia hæc à nobis ita definita gra-
dus tres, latæ, leuis, & leuissimæ, quemadmodum eosdem
habet etiam culpa latè explicata à Bart. in l. quod nerua. ff.
deposit. idq; obseruat Iul. Clar. lib. 5. sentent. 5. vlt. quæst.
73. num. 3. licet ex illis non omnes, sed duos solum ad-
mittat Alciat. in l. magna negligentia. 226. ff. de verborum
significatione.

7 Hæc de negligentia, de quā vtrā suprà dicta videndus

Tho.

Tho. 1. 2. quæst. 54. verbum vero prælatus, quid significet,
ab ipsa Ethymologia petendum est. Sed, antequam ad il-
lam accedamus, priùs tamen videndum, quid valeat argu-
mentum ab ethymologia sumptum: est enim res apud iu-
ris studiosos non tam planè vulgaris, quam necessaria,
apud eos vero, qui de Rubricis agunt, valde frequens. Aut
itāq; ethymologia de sumitur ab aliquo accidentalī, seu
effectu ethymologati, quod verbum de eorum sit numero,
quæ ab alijs accepta cùm vénia tamen in scriptis nostris
legenda cupio; aut ab essentia ipsius. Primo casu nullas vi-
res habet argumentum, quod à tali ethymologia consi-
cietur: posteriore talis erit adhibenda differenția: vel enim
ethymologia erit maior etymologato, vel æqualis: si ma-
ior, valet argumentum ab illa ad hoc, sicuti à genere ad
species, hoc est, negatiuè: ab hoc ad illam, sicuti ab specie
ad genus, hoc est, affirmatiuè, si æqualis, tam affirmatiuè,
quam negatiuè ab uno ad alterum valebit argumentum.
Hæc de argumentis ab ethymologia sumptis sit breuiter
dixisse satis: è quibus iam, tanquam è scrupulosis cotibus,
enarrabit oratio. Quæ si aliquando apud aliquos inue-
neritis, ne me statim furti nomine insimuletis, tanquam
domini nomen suppresserim. Nec enim in scribendo eam
nobis superstitionem indiximus, quin sua vnicuiq; fre-
quentius reddentes aliquando cùm nostris aliena mis-
ceamus. Quinimò & Africani Togatarum scriptoris au-
toritate me tuebor, qui in ea Togata, quæ Comptalia ins-
critur, non inuercundè respondens arguentibus, quod
plura sumpsisset à Menandro, fateor, inquit, non ab illo
modò, sed, vt quisque habuit, quod conueniret mihi,
quodq; me non posse melius facere credidi, etiam à la-
tino.

8 His

8 His igitur suppositis ad prælati ethymologiam venimus. Hunc Abb. in. c. cùm ab Ecclesiarum num. 1. de offi. ord. dictum putat, quasi præ alijs ditatum, vel antelatum: ego potius dixerim, quasi præeuntem alijs: sed, quidquid sit, prælati sunt præpositi omnes, qui præsunt alijs, quiq; in eos aliquam superioritatem habet, quod probatur ex text. in. c. nullus, iuncta gloss. verb. prælaturam, de elect. lib. 6. obseruant omnes in. c. olim, de maiorit. Felin. & Dec. num. 34. Rip. 29 in. cap. 2. de iudic. Cosmas ad pragmaticas sanctiones tit. de collation. §. 1. verb. prælati. Quinimò reges etiam, & sæculares præpositi prælati appellantur. c. præcipue. 11. quæst. 3. quod est Nicolai. 1. ad Lotharium regē; in quo. c. notandum est secundum Contium verbum illud, præcipue, cum diphthongo scribendum, ut nomē sit propriū, non aduerbiū. Et hanc prælati acceptancem agnouit etiam Rebus. de pacificis possessoribus num. 64. vtunturq; in hoc sensu prælati verbo gloss. in. l. desertorem, verb. ab exequitione. ff. de re milit. gloss. verb. non vindicauerit, in l. vnic. C. priuat. carcer. & passim alibi. Nec interim me latet accepisse aliter verbum hoc Panorm. in. c. cùm ab Ecclesiarum num. 1. de offi. ord. & in. c. 2. nu. 16. de iudic. existimatem prælatum propriè eum esse, qui iurisdictionem habet fori contentiofi, impropriè verò, & latè omnes illos, qui præsunt alijs, quod ante eum voluit Innocent. in. c. humilis in principio, de maiorit. post eum Angel. in summa verb. prælatus. Habent & iurisconsulti suum diem, quem prælatum vocant, tu anticipatum dixeris, de quo in. l. si à debitore. 28. ff. ad. l. Cornel. de fals. l. 1. §. 1. ff. de edend. cuius contrarium est dies repetitus, de quo in. l. repetita, de fid. instrum. vsus verò Canonici fori,

Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi,

Iam

iam obtinuit, vt per prælatos viri accipiantur ecclesiastici, qui præsunt alijs, quiq; in alios munus aliquod exercet, quæ vera est Rubricæ nostræ acceptio. Hæc de prælatis, de quibus, & eorum vario statu Antonin. 3. part. ti. 19. per totum, cùm sequentibus: &, qui sub hoc verbo comprehendantur, vltra suprà citatos Archidiac. in. c. 2. de foro compet. lib. 6. Innocet. in. c. firmiter, de summa Trinit. Panormitomastix in. c. decernimus. col. 5. de iudic. Lapus alle gat. 5. quæ omnia notanda sunt ad Rubricam de postulat. prælat. vbi de hoc verbo verbum nullum: eius nanq; declarationem in hanc Rubricam opportunius referuauimus.

9. Videndum modò est, vtrum semestre à Lateranensi concessum à tempore vacationis, an scientiæ currere incipiat, qui secundus erat articulus à nobis discutiendus. Quo in dubio gloss. in. cap. licet, verb. à notitia, infrà hoc tit. eius est opinionis, vt existimet tempus illud à tempore scientiæ computandum, &, licet in contrarium argumentetur, quod prius dictum est, inquit illa, valet. Ego verò in ea sum sententia, vt purem, quod prius est à glossa dictum, non valere, quanvis cùm ea doctores aliqui consentiant. Existimo enim tempus illud currere non à tempore tantum scientiæ, sed notitiæ quoq; verosimilis. Licet enim ignorantia facti excusat, Reg. ignorantia, lib. 6. non excusat tamen, quando factum ad me pertinet, & illud mediocri adhibita diligentia scire potui, quod colligitur ex Petri de Iudæ scelere exemplo, quo vititur Ambros. sermon. 11. & habetur inter decreta in cap. turbatur. 1. quæst.

4. Vnde conijci potest non esse prælatum excusandum, qui ecclasiam in sua dicecesi vacante ignorauerit, cùm prouisio ecclesiarum omnium, quæ in episcopi territorio posse sunt, ad episcopum pertineat. cap. 19. Concilij Aurelianensis.

relianensis relatum in cap. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7. c. verò, quia diuersitatem, in quo ntitur glossæ opinio, non excludit verosimilem notitiam, cùm procedat secundum iuris regulas, quas ibi violare pontificis Innocentij non fuit animus, iuxta regulam gloss. verb. poteris in c. consulationi, de tempor. ordinat. de qua Chassan. in cathal. 5. part. considerat. 28. vers. ex quo.

10 Articulus deniq; ultimus, de quo nobis ultimo loco agendum est, erat is, quo nempè pacto sit hæc prælatorum negligentia conuincenda qua in re variæ sunt opinions doctorum. Alia Innocent. in cap. extirpandæ. §. quia verò, de præb. existimantis ad negligentiam conuincendam admonitionem cùm termino requiri, quem Bart. sequitur in l. 2. C. his, quibus ut indig. cùm Imm. & Alex. in l. ita stipulatus. 115. num. 13. ff. de verb. Abb. & Annan. in cap. 2. de Magistr. Felin. in cap. si eo tempore. num. 3. de Rescrip. nec ad hoc multas admonitiones exigit vna contentus Roman. consil. 427. num. 2. &c. 3. Aymon. consil. 132. num. 6. Alia Bartoli sibi contrarij. in l. inficiando. 69. §. infans num. 2. ff. de furt. meritò improbata ab Alex. vbi suprà. Alia Abbatis in d. §. quia verò num. 12. in 1. lect. & in repetitione num. 16. Et hæc sunt, nisi quæ me fugiunt, omnium ferè de hac re sententiae, quæ singulæ quales fuerint, referre non curamus, cùm nec opus, nec otium, nec operæ pretium sit satis erit ex illis rem breuiter ita componi.

11 Aliquando à lege, vel ab homine præfinitur certum tempus ad aliquid faciendum: aliquando admonitio requiritur: aliquando neq; præfinitur tempus, neq; requiritur admonitio. Cùm præfinitur tempus, elapsi illo conuincitur negligentia, nisi probetur impedimentum,

tum, probatur in cap. 2. de concess. præbend. Cùm requiritur admonitio, requiritur vñica saltem. l. 1. §. magistratus. ff. de magistrat. conueniend. cùm neq; præfinitur tempus, neq; requiritur admonitio, satis est, si probetur elapsum fuisse tempus, quo aliquid commode fieri potuit, quod iudicis arbitrio relinquendum est, cùm non sit à iure expressum, cap. de causis, de offi. de leg. idq; optimè colligitur ex l. continuus. 137. §. cùm ita. ff. de verb. & ex patre veritatis, Innocentium dico, communiter recepto in cap. plærunq; de rescript. Felin. in cap. capitulum, eodem tit. Dec. in cap. oblatæ num. 6. de appellat. Alexand. consil. 19. num. 5. lib. 1. Rebuf. in concordatis tit. de mandatis Apostolicis. §. declarantes in principio vers. vlt. Selua de beneficio quæstio. 12. num. 34. & allatis à Menoch. de arbitrar. libro. 2. centur. 3, casu. 24. Verùm cùm prælatorum negligentiam omitendi iam videatur esse tempus, Rubricam de supplenda negligentia prælatorum omittamus: ad Rubricam enim de temporibus ordinationum ipse nos recto tramite deducit ordo.

A D R V B R I C A M

de tempore ordinationum,
& qualitate ordinan-
dorum.



ON immorabimur in continuatione huius Rubricæ, nè omnibus glossarum nostrarum continuationibus bellum inferre videamur.

I 2 Sit no-

Sit nobis satis, quod illa inquit, & quod ex ea inquiunt im-
præsentiarum doctores, actum suprà de promotione præ-
latorum, nunc de ordinatione clericorum agi ab ijsdem
prælatis facienda. Quæri tamè potest, ut aliquid circà Ru-
bricæ ordinem moueamus, cur priùs pontifex de tempo-
ribus ordinationum, quām de qualitate ordinandorum il-
lam inscriperit: quemadmodū enim dixit, de tempo-
ribus ordinationum, & qualitate ordinandorum, sic dicere
potuisset, de qualitate ordinandorum, & temporibus ordi-
nationum. Accedit, quòd in dispositione capitulorum eun-
dem ferè pontifex seruavit ordinem: priùs enim apposuit
ea, quæ ad tempus, deinde, quæ ad qualitatem pertinebant,
exceptis nonnullis, quæ confudit: pertinent enim ad tem-
pus. c. 1. c. 2. c. 3. c. cùm quidam. c. cùm secundūm. c. literas.
c. dilectus. c. consultationi: pertinent ad qualitatem. c. 4. c. 5.
c. ex parte. c. quod ad translationem. c. cùm in distribuendis
c. vel non est compos. cap. vlt. Quia in re dicerem idcircò
pontificem Rubricam hanc hoc ordine composuisse, quo-
niām tempora ordinationum ad ius pertinent, qualitas or-
dinandorum ad factum, &, cùm ea, quæ in iure consistunt,
potiora sint, & certiora his, quæ in facto, prius de illis, quām
de istis agēdum esse. Quid? quòd dici potest suum hīc pro-
prium habere locum. I. non omnium. ff. de legib. dūm ait
non omnium, quæ à maioribus tradita sunt, rationem reddi
posse. Nec enim cur in præscriptionibus decem potiùs an-
nos, quām nouem, aut viginti, quām viginti duos præscrip-
serint, aut in testamētis septem potius testes, quām sex, vel
octo maiores nostri exegerint, possum reddere rationem
aliam, quām nullam hac de re rationem reddi posse. Illi
igitur, qui quæreret, cur septem potiùs in testamento,
quām sex, vel octo requirantur testes, responderi posset il-

Iud

Iud Celsi ad Labeonem in. l. Domitius. ff. de testam. aut
ego non intelligo, de quo me consulis, aut stulta est con-
sultatio tua. Quæ omnia ad ordinem nostræ Rubricæ mi-
hi videntur trahi posse. Alterum tamè circà illam potest
exoriri dubium, quid nempè distet hæc Rubrica à Rubrica
de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum. Si enim
de qualitate ordinandorum in hac Rubrica actum fuerat,
quid oportebat Rubricam aliam cōstituere, quæ de eadem
qualitate tractaret. Te tamè explicabis ab hoc nodo, si
dixeris, quod iam videtur sensisse Ioan. Andr. relatus ab
Abb. in Rubr. de ætat. & qual. in hac nostra Rubrica agi de
qualitate eorum, qui ad ordines, in Rubrica de ætate, qui ad
beneficia, & ecclesiasticas dignitates promouendi sunt,
quæ, cùm diuersa sint, diuersis Rubricis comprehēdi ope-
rebat: & hæc differentia colligitur ex verb. ordinandorum
in hac, & ex verb. præficiendorum in illa Rubrica posito:
ordinarii enim ad ordines, præfici vero ad beneficia pro-
moueri significat. Quia de re satis.

2 Illud est autèm in hac Rubrica primo dicendum loco,
quid sit ordo: erit enim superuacua de tempore ad confe-
rendos ordines disputatio, ni priùs, quid sit hic ordo, videa-
mus. Omessa ergò definitione Hostiens. vt scilicet ordo sit
sacramentum Ecclesiaz ab Apostolis introductum, cuius
character per manus impositionem prælati secundūm for-
mā Ecclesiaz cooperante Spiritu sancto imprimitur: quæ
tot erroribus inuoluta est, vt nec digna quidem sit, quæ lo-
giori disputatione confutetur: nám, dūm ordinem sacra-
mentum vocat, & eum ab Apostolis institutum afferit,
quid absurdius? cùm sacramenta omnia sint à Christo do-
mino instituta, & anathema, qui dixerit contrarium, Tri-
dent. sess. 7. de sacramentis in genere. Can. 1. Omissa inquā
I 3 hæc

De tempor. ordinat.

hac Hostiensis definitione, definitur ordo à Magistro sentent. in. 4. dist. 24. à D. Antonin. 3. to. tit. 14. c. 16. à Lancellotto in institutionibus sub tit. de sacramento ordinis, ut sit signaculum quoddam per quod spiritualis potestas traditur ordinato: signaculum, quia semper cum signo aliquo visibili, & sensibili ordo confertur; potestas ad differentiam characteris, qui imprimitur in baptismo: Character enim Baptismi consistit in potentia passiva, ordinis vero in activa; cuinque potentia nomen sit commune ad actiuam, & passiuam spectans, recte non potentia, sed potestas in definitione ponitur, quae ad potentiam actiuam tantum refertur. Additur in definitione ordinato, pro quo verbo apud Lancellottum mendosè legitur, ordinario, quia potestas illa immediate traditur ordinato per verbum, accipe, ab ordinante prolatum. Vnde plurimi ex Theologis inferunt necessarium esse in hoc sacramento tactum, ut non secus, atque aqua, quae corpus non tangit in sacramento Baptismi, non imprimat characterem, sic nec liber, nec alia materia ordinis, quae non tangitur ab ordinato.

3. Sacramentum hoc ita definitum distinguitur in partes septem, quarum qualibet est de essentia sacri ordinis, nec tam in septem sunt sacramenta, sed unum tantum, quod ex illis omnibus perficitur, idque explicat Antonin. vbi suprad. §. 1. &c. ut illud tanquam notissimum omittamus, ordinum alios esse, quos vocant minores, maiores alios, sciendum est minores post primam tonsuram, hoc est, psalmistatum, conferendos ostiarios, lectores, exorcistas, & acolythos includere: maiores subdiaconos, diaconos, & presbyteros, Concil. Trident. sess. 23. de sacram. ordinis. cap. 2. quorum ordinum verba singula, & officia late explicat Isidorus Ethymologiar. c. 1. lib. 2. de ecclesiasticis officijs, ut putat

Conius,

De tempor. ordinat.

Conius, vel lib. 7. Ethymologiarum. cap. 12. ut habetur in vulgaris exemplaribus, relatus in cap. Clericos. 21. dist. explicat item. cap. perlectis. 25. distin. Iuo Carnotensis lib. 3. de officijs ordinandorum, Magister in. 4. distin. 24. Antonin. vbi suprad. §. 9. Nec me latet esse inter Theologos, & iurisperitos de ordinum numero contentionem, illo se ppter tantum, hos nouem afferentem, de quo Ioan. Andre. in salutatione lib. 6. in gloss. verb. episcopus, doctores in. c. quatuor, de purgat. canon. Abb. in c. quanto. n. 2. de consuet. vbi additio verb. ordinem, Hostiens. in summa de ordinatis ab his, qui renuntiauit, num. 1. qua de rediximus circa episcopatum aliqua in Rubrica de translatione episcopi in fin. Vtrum autem prima tonsura sit ordo, videnda est gloss. in. c. 1. 77. dist. Archidiacon. in. cap. 1. 43. dist. Non esse autem ordinem, sed dispositionem ad ordines ex sententia Thomae, & aliorum probat Antonin. vbi suprad. §. 6. nisi velis ordinem eam dicere eo sensu, quo episcopatum ordinem dici posse diximus in. d. Rubrica: quo pacto intelligendum est. cap. cum contingat, de etat. & qual. ibi clericalis ordo confertur, ut per ordinem non sacramentum ordinis, sed deputationem quandam ad commune clericorum consortium intelligamus. Fuit autem conuenientissimum, ut profani sacrosanctis venerandi Cœcilij verbis vratimur, ut in Ecclesie ordinatissima dispositione plures, & diversi essent minores ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent, ita distributi, ut, qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent: &, licet olim in dubitationem verteretur, utrum facer subdiaconatus esset ordo, est tamen ab Innocencio decisum multis adductis autoritatibus in. c. à multis, de etat. & qualitate inter sacros computandum ordines.

quemadmodum à patribus, & à sacris Concilijs computatum affirmat Trident. d. loco.

4 Mouent autem doctores quæstionem, vtrum minores ordines sint sacramentum, cuius negatiuam partem ausus est amplecti Durand. in. 4. sentent. dist. 24. affirmatiuam verò D. Tho. d. loco quæst. 2. art. 1. ad fin. & art. 3. in vltimis verbis, Paludan. & Maior quæst. 1. Caiet. item opusculo. 27. quæst. 23. Nau. de pœnit. dist. 5. in princip. num. 39. & 40. in quam sententiam itum est à Cou. lib. 1. var. c. 10. num. 9. eamq; nos absq; vlla dubitatione verissimam putamus.

5 His itaq; suppositis quærendum est à nobis, quo tempore sacri ordines, hoc est, maiores, quo item minores conferri debeant, à quo, & quibus. Cætera enim facilia sunt, & ductore non indigent: hæc verò tyronibus, quibus me solum, velut alter Lucilius, qui non Persio, sed Tarentinus suis se scribere afferret, Rubricarum opus pròfite or, utilitatis fortassè non parùm afferent.

6 Ex omnibus igitur capitulis, quæ sub hac Rubrica de tempore ad conferendos ordines agentia constituta sunt, & ex glossis, & doctoribus ibidem satis constat sacros ordines extra ieiunia Quatuor temporum, & Sabbatum sanctum, & de Passione à nullo posse pontifice, præter Romanum, celebrari: minores verò diebus Dominicis, & festiuis: quæ temporum obseruatio nostris adhuc temporibus est obseruanda sic disponente Trident. sess. 23. de Refor. mat. c. 8. ibi. statutis à iure temporibus. Quanvis autem ex sacris ordinibus non possint eodem die conferri duo, Trident. vbi suprà. c. 13. c. literas, hoc. tit. ex minoribus tamèn possunt omnes. c. de eo, hoc tit. Trident. c. ii. ibi, nisi aliud episcopus viderit expedire; quanvis sit tutius per temporū intersti-

interstitia conferri, ibi, per temporum interstitia, adiuncto Chassan. in cathal. 1. part. considerat. 9. licet autem text. in d. c. de eo, vni tantum, aut duobus eos ordines conferendos doceat, obtinuit tamèn, vt possint conferri pluribus secundum Angel. & ab eo relatōs in summa verb. ordo. 4. Et hec quidem omnia vidi olim obseruari, cum adhuc puer Leirię die Dominico decimo nono Kalendas Octobris anno restitutæ salutis. 1576. prima clericali tonsura, & quatuor minoribus ordinibus insignitus fui à Gaspare Casalio Leirię tunc, postea Conimbricæ Episcopo, & Arganilli comite, viro sanctissimo, Theologoq; clarissimo, qui, vt me illis decoraret ordinibus, speciales celebrauit ordines, vir Nonnus patri iustis de causis amatiissimus, & multis semper nos minibus à nobis, nostrisq; commendandus.

7 Eccè videmus, quo tempore, videamus modò, à quo sint ordines conferendi: & vt à prima incipiamus tonsura, Panorm. in c. quanto, de confuetud. num. 9. citato Hostiensis, in ea est opinione, vt existimet à simplici sacerdote conferri posse primam tonsuram, quam opinionem non recipit Gothfredus relatus ab Angel. in summa verb. ordo, 2: & meritò: cùm enim per primam tonsuram clericalis ordo conferatur. c. cùm contingat, de ètat. & qual. absurdum est, vt simplici sacerdoti clericalem ordinem conferendi potestatem concedamus; quam tamèn Abbatibus concedere debemus. d. c. cùm contingat; imò & eos minores ordines conferre poterit Abbas, quorum conferendorum potestas fuerit eis à iure concessa, vt ex. d. c. cùm contingat, & ex. c. quoniàm, 69. dist. aperte constat.

8 Cùm autem sacros ordines conferendi minister ordinarius sit episcopus, Concil. Florent. sub Eugen. 4. vers. Sextum sacramentum, Trident. sess. 23. can. 7. Vvaldensis

de sacramentalibus tit. 7. c. 60. & 61. doctores communiter ex viet. in summa de sacramento ordinis num. 215. insurgit h̄c illa quæstio à nostris, & Theologis satis controuerfa, virum simplex sacerdos ex commissione Summi Pontificis possit ordines conferre: & licet D. Thom. in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 1. ad. 3. Paludan. ibidem dist. 7. quæst. 4. & ibi Sot. art. 11. col. pen. Ledesm. 2. 4. quæst. 20. art. 4. Cou. lib. 1. resolut. c. 10. num. 10. negatiuam partem amplectantur, nos tamen aurigæ nostri Abbatis, qui nunc vñus instar multorum nobis erit, in. c. quanto, num. 9. de Consuetud. opinionē amplectentes affirmatiuam sequemur ea potissimum ratione, quia, quanuis Christus dominus maiores, & minores sacerdotes instituerit, Gratianus in principio vers. simpliciter verò, & pontifex in cap. in novo. 21. dist. Anacletus Papa in epistola de Patriarchis, prout refert Castro aduersus hæreses verb. episcopus. c. coepiscopus. 68. dist. & ea inter utrosque sit differentia, quod maiores characterem habent extensem ad omnia, minores verò res- trictum, hoc est, nō ad omnia ordinis ministeria extensem, Vvaldens. de sacrament. tit. 7. c. 72. num. 3. Sot. in 4. dist. 24. quæst. 2. art. 3. col. pen. Ledesm. 2. 4. quæst. 42. art. 5. h̄c tamēn restrictio ita est à Christo domino instituta, vt ea, quæ restricti, vt ita loquar, sacerdotes exequerentur, Ecclesiæ deputanda, & determinanda relinqueret. Vnde sit, vt summus pontifex deputationem hanc veluti Ecclesiæ autoritate factam, cùm viderit expedire, autoritate propria posse immutare, & sacramentum ordinis simplici delegare sa- cerdoti, vt delegauit olim confirmationis Gregorius scribens ad Ianuarium Episcopum Carolitanum lib. 3. epist. epist. 26. refertur in. cap. peruenit. 95. distin. Ecce vide- mus, à quo ordines confetti possint, videamus modo, qui- bus:

bus: h̄c est enim secunda nostræ Rubricæ pars.

9. In hoc articulo ultrà ea, quæ de qualitate ordinando- rum disputant ordinarij, &, de quibus latissimè h̄c Hos- tiens. à num. 8. (nec enim, quæ sunt ab alijs inculcata, repe- rere nobis est animus, cùm sit bis crambe, vt est in prouer- biō, mors,) notandum est, quod ex Richardo notauit An- gel. in summa verb. ordo, fœminis non posse conferri or- dinem. Ratio autē, quam ille omisit, ea sit, quod vsus clau- ium est fœminis interdictus. c. noua, de pœnit. quod est intelligendum de vsu clauium, qui alicui ordinis est anne- xus: sunt enim fœminæ ordinum incapaces, Theologici cō- muniter, vt per Sot. in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 2. de ætate ve- rò ordinadōrum videndum est nouissimè Trident. sess. 23. c. 12. quo, abrogata Clem. generalem, de ætat. & qual. nul- lam ad Subdiaconatus ante vigesimum secundum, ad Dia- conatus ante vigesimum tertium, ad presbyteratus ordi- nem antè vigesimum quintum ætatis suæ annum promo- ueri posse constituitur. Qua de re videndus est omnino doctissimus Gutierrez in utilissimo, atq; eruditissimo Ca- nohicarum quæstionum libro. c. 26. Vtrum verò is, qui ex- trà legitimam ætatem ordines accepit, vel extrà tempora à iure constituta, maneat irregularis in eisdem celebrans, quæ est materia. c. vel non est compos, huius tit. vide Cou. Clem. si furiosus. 1. part. §. 1. num. 4.

10. De pœna autem, qua puniri debent illi, qui extrà tempora iure præscripta ordines celebrauerint, quiq; ac- ceperint, habemus in hoc tit. c. quidem. c. sanè. cap. literas, vt scilicet ordinantes tandiu ordinandi potestate, ordinati ordinum exequitione priuentur, quandiu dispensatio- nem non obtinuerint. Vulgatum est enim in iure, quod in eo, in quo quis deliquerit, puniri debet. d. c. literas. c. vlt. de- immun.

140 *De scrutinio in ordine faciendo.*

immun. Eccles. cū vulgatis. Accedit, quòd publicè interest quæuis delicta puniri, nè dùm delicta publica. c. vt famæ, de sentent. excomm. l. ità vulneratus. ff. ad. l. Aquilam. Huius autèm publicæ vtilitatis illa vltrâ alias ratio reddi potest, vt nempè pœna vnius possit esse metus multorum, quod habetur in. l. i. C. ad. l. Iul. repetund. de ordine satis multa; dicamus aliqua de scrutinio in ordine faciendo.

S A D R V B R I C A M
de scrutinio in ordine
faciendo.



Vñm recto ordine hæc Rubrica post antecedenter posita sit, manifestissimum est: cùm enim in superiori de tempore, quo ordinatio debet fieri, tractetur, consequens erat, vt de ordinandorum examinatione tractaretur. Inscriptitur verò hæc Rubrica de scrutinio, hoc est, de examinatione, vt hic ait Ananias, & Hostiens. & reliqui, vel de inquisitione, & inuestigatione, quæ est Calepini de scrutinio interpretatione, & in hac significatione accipitur à D. Bernard. lib. 4. de considerat. c. 5. quotidianas expensas quotidiano reciprocamus scrutinio, & continua dominici gregis detrimenta nescimus. Quam quidem significationem, sicuti & multa alia ad scrutinium pertinentia, prosequitur Fabius Incarnatus Neapolitanus in scrutinio sacerdotali in tractatu de scrutinio.

2. Est autèm duplex scrutinium ad ordinandos spectans: alterum, quod ante ipsam ordinationem fit, de quo in. cap. quan-

141 *De scrutinio in ordine faciendo.*

quando episcopus. 24. dist. vbi Turrecremata, alterum in ordinatione faciendum, de quo in hac Rubrica: de primo scrutinio agit Trident. sess. 23. c. 5. vbi constituit, vt nominibus, ac desiderio eorum, qui volunt promoueri, publicè in ecclesia propositis de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, & moribus, & vita à fide dignis diligenter inquiratur. Non est autèm mirum, si ad creandos Catholicæ Ecclesiæ sacerdotes, qui selectissimi esse debent, id obserueretur, quod olim apud Athenienses in Thesinotetarum magistratu obseruabatur: hi enim prius, quam eligerentur ad magistratum illum, de omni retrorsus vita acta causam dicere solebant, & de moribus, actionibusq; suis in disquisitionem vocari, autore in. l. vlt. ff. de senator. Gulielmo Budæo, quem serio, & non per iocum, vti suspicor, Galliæ suæ decus, & ornementum vocare posset Iacobus Ræuardus de iuris ambiguitatibus. lib. 3. c. 10. Scrutinij verò in ordine faciendi forma aperta est in. cap. vnic. huius tit. eamq; omnes, qui ad sacros ordines, vel episcopatus ascendunt, sati agnoscunt.

3. Vnica autèm huius vnicis capitis controuersia, vnicus labor ille est, vtrum quilibet in dubijs præsumatur bonus. Cui dubio respondet affirmatiè pontifex, & in hoc est iste textus vulgatissimus, & apud iuris interpretes satis frequens, similis est textus in. c. vlt. de præsumpt. in. c. estote, de Reg. iur. in. l. meritò. ff. pro socio: ex glossis in hanc rem glossa est recepta in. c. si forte verb. scientiæ, de elect. in. 6. quam cùm gloss. in. l. si verò. §. 1. ff. qui satisfare cog. commendat ille doctor, qui contradicendi studio, quo maxima, vt inquit Agricola, tentantur ingenia, non tam, quid ipse sentiret, quam contraria, quòd Abbas, vt inquit Xoares, sensisset, dicendum putauit in. cap. significasti, col. 1. de foro com-

142 *Deserutinio in ordine faciend.*

compet. adde Alciat. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 25 Bernard. Diaz, & eius additionem reg. 65. Ioan. Garcian reg. 373. neq; verò hæc præsumptio humano solùm iure inducta est, sed diuino, & naturali, quod docet glos. ordinaria in Paul. ad Rom. 14. in illis verbis, qui non manducat, manducantem non iudicet D. Thom. 2.2. quæst. 60. art. 4. & ibidem alter Thomas. Sot. de iust. lib. 3. quæst. 4. artic. 3. & 4.

4 Liber autem querere hoc in loco, vnde nam hæc præsumptio, & hoc ius emanauerit, cum potius videri possit contrarium rectè expendenti, quam sint homines ad malum proclives, ut diximus in tit. de constitut. & probatur in cap. 61. Concilij Toletani relato in cap. sæpè. 28. quæst. 1. neq; dubitationem soluet glossa in c. si forte, verb. scientiæ, de elect. in. 6. dum putat bonitatem qualitatem esse innatam, quam opinionem sequuntur Felin. in. d. cap. vlt. de præsumpt. num. 2. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 2. & 3. deberet enim glossa illa meminisse cap. omnis ætas 12. quæst. 1. homines ab adolescentia ad malum pronus esse constituentis ex Concilio Tolet. 4. cap. 24. deberet etiam meminisse sententia diui Augustini, qui idem ab infantia contingere docet. lib. 2. de confession. cap. 7. Quid? quod non ab adolescentia solùm, non ab infantia, sed ab ipsa nativitate, & origine hoc id ē contingit: sic enim intelligenda sunt verba illa Genes. cap. 18. relata in. d. cap. omnis ætas, sensus ergo, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, hoc est, ab infantia sua, vel potius à nativitate sua: vox enim Hebræa, pro qua vulgatus noster latinus reddidit, adolescentia, emphatica est, ac proinde notat, atq; comprehendit vniuersam primam hominis ætatem, quasi dicat, ab ipsa infantia,

ta,

143 *Deserutinio in ordine faciend.*

tia, vel potius ab ipsa sua nativitate, & origine. Nec satisfacie, si dicas hanc innatam homini malitiam virtute baptis- mi tolli, & eradicari: manet enim semper in baptisato fo- mes ille peccati, seu concupiscētia nobis ad agonem relicta ex Trident. sessi. 5. de peccato originali. c. ex quo, de conse- crat. dist. 4. cap. per baptismum, eadem dist. Quod malum concupiscentiæ, seu concupiscentia mala malum, & vitium naturæ est etiam citrā vllum mentis affensum; quin etiam causa peccati, & poena peccati est, & fomes peccati dicitur, quatenus semper incitat ad peccādum. Vnde iure & malū, & peccatum, & lex membrorum à Paulo appellatur Rom. c. 7. & alias. Ethoc est, quod aiunt Theologi peccatum ori- gionale manere post baptismum quo ad materialem: materia- le vero in peccato originali esse fomitem, seu concupis- centiam, siue pronitatē ad malum, frater Franciscus de Christo in. 3. sentent. dist. 1. quæst. 5. in resp. ad. 2. Quo sensu intelli- gendum est, quod ait Hesiodus, omnia vitia ad manum esse, & cumulo licere accipere: cum enim vitia sint homini cum ipsa natura post ipsius corruptionē indita, omnes ferè hu- mani actus vitiorū labi infecti sunt. Huc etiā trahi potest illud Cornelij Taciti, vitia erunt, donec homines; quia ne- pè, vt inquit ille, nemo sine crimine viuit: & illud Platonis in Thæteteto, impossibile est mala penitus extirpari, nam bono oppositum aliquid esse semper necesse est.

5 Sit igitur illa huius præsumptionis vera ratio, quidquid dicant doctores, inter quos est Mantua li. 2. locorum com- munium loco. 3. Petrus in regulis vtriusque iuris reg. 19. quod ideo quis præsumitur bonus, quia malus reputari non potest, nisi factum exterius accedat, quod non præsu- mitur, nisi probetur. l. in bello. §. factæ. ff. captiu. magisq; ni- titur hæc præsumptio in non iudicando malum, quam in iudican-

iudicando bonum, cùm ob p̄dictam rationem malum iudicare non debeamus. Qua de re scripsit doctissimè, & sanctissimè beatus Anastasius monachus monis Synai in oratione de sacra Synaxi, Rómæ ab Achille Statio Lusitano latinitate donata. Vndè fit, vt probato factò exteriore malo euaneat penitus p̄sumptio illa, & semel malus p̄sumatur semper malus in eodem genere mali. Reg. semel, de Reg. iur. lib. 6. sed, nè scrutinium in ordine faciendum ordinem nostrum interturbet, tempus est, vt nostrū etiā in sequenti Rubrica scrutinium faciamus.

F A D R V B R I C A M

de ordinatis ab Episcopo, qui renunciauit Episcopatu.



Ommunis continuatio huius Rubricæ illa est, quòd in tractatu ordinandorum, qui præcedit, & sequitur, titulus scilicet de tempor. ordinat. & de ætat. & qualit. interseritur hæc Rubrica, & nihil addunt amplius. Ego interpositam video, sed, quare interponatur, nondum video. Succedit ergo, vt puto; hæc Rubrica post antecedentem, & præcedit subsequentem in medio duarum constituta; quoniam post tractatum de tempore ad conferendos ordines de collatoribus, eorundem oportebat agi; deinde sequenti titulo de ætate, & qualitate non ordinandorum, sed præficiendorum agetur.

2 Inscriptitur hæc Rubrica, de ordinatis ab Episcopo, qui renun-

renunciauit episcopatu: de ordinatis extra tempora à iure constituta diximus in rubrica de temporibus ordinat. de episcopis in rubrica de translatione episcopi à numero octavo, de renuntiante in rubrica de renuntiatione: dicamus modò de ordinatis ab illo, qui renunciauit episcopatu.

3 Constituit igitur Pontifex in.c.i. huius tit. ordinatum ab eo episcopo, qui loco tantum renunciauit, manere rectè ordinatum: ab eo verò, qui & loco, & dignitati, si ad minores ordines promotus fuerit, rectè promotum censeri; cùm & non episcopus illos conferre posse: sin ad sacros, scienter, irregularem manere absque spe dispensationis: ignoranter, posse per episcopū dispensari. Cuius dispositionis ea potest esse ratio, quòd, cùm episcopus, qui loco, & dignitati renunciauit, exequitione potestatis sibi ratione officij competentis priuatus sit, & Sacramentū Ordinis sit Sacramentum potestatis, & honoris in Ecclesia, vt appareat ex ipsius definitione in rubrica de tempor. ordinat. à nobis allata, quod suscipiens similis efficitur ordinanti, quasi eius potestas à potestate ipsius traducatur ordinantis, refert ex D. Tho. Ledesm. 2.4. quæst. 36. art. 4. & 5. meritò à tali ordinatus episcopo ordinum exequitionem, quam non habebat ordinans, ac proindè dare non poterat ex Reg. cap. quòd autem, de iur. patron. recipere nō potest, idq; colligi videtur ex c. qui perfectionem, & ex c. ventum. 1. q. 1. c. per illicitam. 1. q. 7. sic aliàs cum hæreticis argumentatur Perpinianus Valétinus, cuius ex ore, vt Muretus ait, melle dulcior fluebat oratio, in oratione, quā habuit ad Lugdunenses de retinenda veteri religione: de Lutherò enim loquens, seu alio quoquis hæretico, ille, inquit, certè cùm ab ipso Deo sine cuiusquam impositione manuū potestatem

K nullam

nullam accepisset, ut suprà ostendi, non id potuit cum alijs communicare, quo caruit.

4. Hinc oritur illa quæstio, quam mouent gloss. & doctores in cap. 1. verb. irritas, de scismaticis. & quæ est propria cap. 2. huius iuris. utrum ordinati ab excommunicatis, scismaticis, & cæteris ab Ecclesia præcisis, quanuis ignorantes, ordinum exequutionem recipiant. Quam quæstionem negatiuam tuentur nostri; tuetur Burgaf. de irregularitate part. 6. cap. 3. doctores communiter ex Abb. in cap. veritatis num. 46. de dol. & contum. Contra. in cap. Alma, 1. part. §. 6. num. 6. Theologi tamen huic nostrorum opinioni, immò pontificum decisioni non satis æquos se præstiterunt; nec enim eadem illis, quæ iurisperitis, religio est erubescendi, cum sine lege loquuntur, quod ex l. illam. C. dè collat. iurisperiti deducunt, quæ tamen, cum id non probet, & in aliud longè diuersum tendat, viam dat veteri de doctoribus nostris querelæ, qui sæpè leges citant, nec, utrùm id probent, ad quod citantur, videre curant, sed dictata potius, ut de Peripateticis inquit Cicero, & in scholis multis iam sœculis per manus tradita decantant. Volunt igitur Theologi ordinatos ab episcopis ab Ecclesia præcisis, si adsit ignorantia, & absit simonia, legitimam ordinum exequutionem recipere. Quæ sententia Thomam habet autorem in 4. distict. 25. quæst. 1. artic. 4. ubi Palud. art. 3. quæst. 1. num. 14. Sot. quæst. 1. artic. 1. concl. 3. cumque eis reliqua Theologorum schola. Sed Theologis non suffragabitur, quod malitia ministrorum non nocet Sacramentis, quominus suos conferat effectus his, qui non ponunt obicem, cap. non nocet, cap. intra catholicam, cap. omnia cum multis ibidem. 1. quæst. 1. Resoluunt ijdem Theologi, ex quibus idem Thom. 3. part. quæst. 64. art. 5.

Vval-

Vvaldensis de Sacrament. cap. 11. cum sequentibus, Sot. in 4. dist. 1. quæst. 5. artic. 5. Cumque inter effectus Sacramenti Ordinis præcipuus reputetur legitima ordinum exequutio. c. qui perfectionem. c. vatum. 1. quæst. 1. Videbatur dicendū hanc ordinum exequutionē in probabiliter ignorantes ut potè obicē non ponentes efficaciter transituram. Hoc etenim licet in reliquis Sacramentis sit generale, locū tamen non habet in Sacramento Ordinis ex ea ratione, & specialitate, quā ad huius capitinis decisionem suprà attulimus; Nec etiam pro Theologis, si eorum causam defendere velimus, expendi potest, q̄ secundū iuris nostri principia; ignorantia probabilis excusat, ut videtur etiam argumētari gloss. h̄c, cum qua doctores verb. ignorantia: cumq; hi ordinati probabiliter ignorauerint ordinandorū defectum, erat æquū, vt ob eam ignorantiam ordinum exequutione non priuarentur. Illud enim iuris principiū, quod de ignorantia loquitur, ita est intelligendum, vt ignorantia probabilis à culpa, & pœna excusat, non tamen ab illa pœna, quæ sine ulla culpa incurritur, arg. cap. si cuius vxorem. 34. dist. ex c. 8. Neocefariensis Concilij. Accedit, quod ignorantia licet eximat ab omni pœna, & ab omni culpa, non est tamen per se sola sufficiens, vt ad lucra consequenda, qualis est in proposito ordinum exequutio, alicui suffragetur, cap. 1. versic. adjiciebatur, de concess. præbend. lib. 6. Sic mulier, quam iuris ignorantia nihil patitur de proprio perdere patrimonio, ut probatur in l. qui contrā C. incest. nupt. secundū receptum illius legis intellectum, ob eandē iuris ignorantiam ad lucri adquisitionem ab eodem iure non admittitur. l. si adulterium. §. 1. & ibi gloss. verb. illicitum. ff. adulter. quod in c. si pater. 1. part. verb. vxorem num. 7. adnotauit iuris ciuilis gloria Emmanuel da Costa,

K 2 qui

qui carminibus, scriptisq; suis eiusdem probauit esse leges scire, & humanioribus studijs operā dare: Neq; enim erat ex eorū numero, qui, vt verbis vtar Oſorij de Antonio Augustino loquentis, sibi diligentissimè cauendum statuunt, nē bonas literas quasi iuris studio perniciosas attingāt; sed potius nunquam se posse ad illam amplissimam iuris dicensi, & reip. constituēdæ facultatem peruenire credebat, nisi fuisset omnidoctrina nobilitate digna imprimis eruditus. Non possum igitur non excludere Theologos cum sua opinione, quanuis in omnibus ferē, quæ sentiunt aduersus nostros, vide quid illis tribuam, ipsa autoritate me frāgant: qui si fortasse & alijs in hac sententia non satisficerint, non tamen ipsi tām sunt culpandi, quām natura, quæ in profundo veritatem, vt ait Democritus, penitus abstrusit. Dimitamus ergo cum bona venia Theologos simul, & hanc rubricam: videamus, quid in sequenti de Ætate, & qualitate dicendum sit.

A D R V B R I C A M D E Ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.



Vius rubricæ continuatio facilis est, & à superioribus peti potest: Quoniā enim in Dei Ecclesia ideo catholici ordinantur, vt ita ordinati rerum ecclesiasticarū administrationi præfici possint, c. accepimus, hoc tit. post tractatum de ordinandis, de præficiendis tractandū erat. Rubricæ epigraphæ hæc est; de Ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum;

sunt

sunt igitur à nobis tria in hoc titulo breuissimè agenda: dicemus enim primò de Ætate, deinde de qualitate, postremo de ordine, quæ debent inesse illis, qui ad beneficia, & dignitates ecclesiasticas promouendi sunt: de Ætate agitur in cap. 2. &. 3. de qualitate in cap. 4. cap. ad aures. cap. cùm bonæ, cap. intelleximus, cap. cùm sit. c. vlt. de ordine in cap. 1. cap. præterea, cap. quærīs, cap. à multis, cap. tuam, cap. cùm contingat, cap. accepimus.

2. Ut igitur ad Ætatem, quæ prima est, accedamus, glos. verb. pueri in cap. super inordinata. 35. de præbend. affirmauit iure communi non posse pueris beneficia conferri; cuius rei rationem reddit Caiet. in summa verb. beneficium: pueros autem dici usque ad 14. annos: obtinuit tamen cum glos. in cap. si eo tempore, de Rescript. lib. 6. verb. Ætatem, quam sequuntur plurimi, beneficium simplex puero post septennium posse conferri, quod tamen posteā per regulas Cancellariae ad decennium restrictum est, per quas etiam ad canonicatus eadem 14. annorum ætas fatis est, quod idem voluit dict. glos. verb. Ætatem: eademq; nunc ad quodlibet beneficium per Trident. requiritur sess. 23. de reform. cap. 6. Ad regimen verò parochialis ecclesiarum nullus assumi potest, nisi, qui vigesimum quintum Ætatis annum attigerit. c. licet canon, de elect. lib. 6. innouatum per Trident. sess. 7. de reform. c. 7. quod idem in dignitatibus, quibus animarū cura subest, iubet obseruari idein Concil. sess. 24. de reformat. c. 12. Ad cæteras verò dignitates, vel personatus, quibus animarū cura non subest, clerici 22. annis non minores ascisci possunt, Concil. d. loco: nec iam cum illis dispensare poterit episcopus ex. c. 1. hoc tit. lib. 6. Ad episcopatum nullus ante trigesimum Ætatis annū vocari potest. c. cùm in cunctis, de elect. innouatum per Trident.

K 3

sess.

sess. 7. de reform. cap. 1. Abbatissa vero non eligitur minor annis. 40. & quæ octo post professionem laudabiliter non vixerit: quod si in eodem monasterio his qualitatibus non reperiatur, ex alio eiusdem ordinis assumetur; sin id superiori videbitur incommodum, quæ in eodem monasterio annum trigesimum excesserit, & quinque saltē post professionem recte vixerit, episcopo, vel alio superiore consentiente eligetur, Trident. sess. 25. de regular. c. 7. Hæc de præficiēdorum ætate. Quoniam vero in ætatem sermo incidit, de hominis, & mundi ætatibus habemus glo. in proœmio lib. 6. verb. perfectus, vbi sex esse hominis, sex etiam mundi affirmat: d. tamèn Antonin. 4. tom. tit. 7. c. 5. §. 6. & 7. vtralq; septem, septem quoq; has esse ait Ioannes Docēns in suis homilijs homil. in Dominica septuagesimæ. Quamvis non ignorem eūdem Antoninū sex tantum mundi ætates enumerasse, illas sex hydrijs, quæ erant in nuptijs illis fœlicissimis, vbi dominus cum matre adfuit, Ioan. 2. adaptantem. d. 4. tom. tit. 15. c. 38. à principio. Varias autem ætatis humanæ computationes vide per Cœliū Rhodigin. lib. 10. c. 61. Chaffan. in cathal. part. 12. confid. II. & ad illam glos. verb. perfectus, de numero perfecto, illum lib. 12. c. II. hunc part. 12. cōsiderat. 37. Philo. Iud. de opificio mundi in principio. Hæc autem quasi parergon dixerim, ne aliquid ex his, quæ didici, tyronibus, nec enim Mineruam doceo, non inculcem: qua tamèn in re non illis solùm, sed mihi etiam consultum valde video, qui illud à Philone in lib. de Gigantibus didicerim, scientiam non solùm esse, sicut ignē, qui, cùm innumerā faces accendat, idem manet, ne tantillum quidem diminutus; sed aliquandò etiam, velut fontem, quem ferunt ab aquatoribus frequentatum dulciorem reddi.

Quod

3 Quod vero attinet ad. 2. partem, quæ de qualitate agit, statutum est à iure non, nisi & doctos, & probos, ecclesijs præficiendos, cùm sit indecorum regi per eos Ecclesiam, qui non nouerunt gubernare se ipsos. cap. indecorum, hoc tit. Quod adeò verum est, vt, etiam si pontifex alicui non idoneo moribus, & scientia beneficium curatum conferri iusserit, sit illius iure optimo collatio differenda ex. c. eam te, hoc tit. idq; iustissimè inductum est ob varia, quæ ex inordinatis prouisionibus ecclesijs documenta inferuntur, quod in Clem. 1. huius ti. est expressum. Ille autem probus, & moribus integer dicetur, de cuius improba, & vitiosa vita non constat, ex his, quæ diximus in Rubrica de scrutinio in ordine faciendo. Poteſt autem esse scientia commendabilis etiam ille, qui nullum fuerit in Academia aliqua gradum adeptus: nec enim gradus scientiam conferunt, imò, vt ait Barthol. Philippus in tractatu de fictionibus. cap. 6. fol. 19. col. 2. cuius capituli bonam partem eo non citato sibi attribuit Petrus Plaſſa in Epitome delict. cap. 24. maxima vniuersæ encyclopædiæ panolethria, hoc est, bonarum literarum clade, & exitio abhinc sexcentis annis post Carolum Magnum sunt inuenti. Ponunt enim multi in gradibus illis mutis scientiam suam, qui non tam literas, quam gradus curant, seq; vbi illos adipiscuntur, benè literatos putant, nec vident, quam vehementer gradibus illis suis solo decoris nomine infamiam literis irrogent, quod utinam experientia non effet adeò compertum. De quibus iure optimo conqueritur Segura in directorio iudicium ecclesiastici fori. 1. part. cap. 3. num. 13. eosq; egregio, & eleganti nomine titulares bacchalaureos appellat. Vnde & scientia commendabilis dicetur ille, qui nouerit ea, quæ ad diuinā officia, & ecclesiastica sacramenta

& docenda, & ritè celebranda necessaria sunt, vt in c. cùm sit, hoc tit. cōprobatur. Et licet doctores maximè controvētant, quinam sint, & dicātur in iure literati, & illiterati, vt videre est per Nau. in. c. si quandò, de Rescript. except. 11. ille in hac materia dicetur literatus, qui in humanitatis studijs mediocriter versatus fuerit, quod ex Nau. d. loco colligere licet: in eo enim totus est, vt probet ad consequenda ecclesiastica beneficia non dici literatum illum, qui solum scit legere, quanuis in hoc sensu accipiatur hoc verbum in. c. vlt. de tempor. ordinat. lib. 6. sed, qui latinas literas saltē calleat, quod ex varijs doctorum autoritatibus manifestē probat: in quem sensum intelligendum est cap. vlt. hoc tit. licet aliàs literatus dicatur ille, qui in aliqua scientia non vulgariter doctus est. c. de multa, in fin. de præbend.

4 Hodiè tamen ex Concilio Trident. d. sess. 24. de reformat. cap. 12. Archidiaconi non, nisi magistri in Theologia, doctores, aut licenciati in iure canonico creari debent, licet non me lateat Congregationem Cardinalium, qui ad explicanda Concilij Tridentini dubia deputati sunt, respondisse decretum hoc intelligendum de Archidiaconis illis, qui vigebant iure communi, non verò de his, qui sunt hodiè ab illis longè diuersi, vt in rubrica de officio Archidiaconi inferiùs dicemus. Statuit præterea idē Concilium dict. loco, vt in prouincijs, quibus id commodè fieri posset, dignitates omnes, & saltē dimidia pars canoniciatuū in Cathedralibus Ecclesijs, & collegiatis insignibus conferātur tantū magistris, vel doctoribus, aut etiā licenciatis in Theologia, vel iure canonico. Iam verò episcopi, & alij superiores (omnes enim hoc vocabulo continentur) quos c. cùm in cunctis, de elect. scientia commendabiles

dabiles exigebat, quiq; scientia commendabiles dici poterant, etiamsi nullū in academia gradū adepti forent, ex his, quæ modò diximus: hodie ex Concil. Trident. sess. 22. de reform. c. 2. creari nō possunt, nisi, qui in aliqua vniuersitate studiorum magistri, sive doctores, aut licentiati in sacra Theologia, vel iure canonico priùs creati fuerint; quae de re Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. casu. 425. num. 37. Quod si nullo in episcopos promouēdi sint ex his gradibus decorati, exigit Sacrosancta synodus, vt saltē publico alicuius Academiæ testimonio ad alias docēdos idonei ostendantur. Quod non multis abhinc annis, cùm iuris studio operā dare inciperem, obseruatum memini in promotione Ioannis Alfonsi de Meneses Archiepiscopi primatis. Hic enim cùm vñ, aut duos tantū annos in iure, vt puto, canonico versatus esset, nec ad aliquem in Academia gradum ascensisset, ex canonicatu ecclesiæ Lisbonensis à Rege nostro Catholico ad archiepiscopatum Braccharensem electus publicum Academiæ Conimbricensis Pontifici maximo de se testimonium obtulit. De qualitate verò episcoporū, & de examinatione, & inquisitione circa illā facienda habemus acta ecclesiæ Mediolanensis à Petro Galesinio protonotario apostolico collecta. 1. part. sub tit. de examine, & inquisitione in promouēdis ad Cathedrales Ecclesias, habemus decretum aliud eiusdē Trid. sess. 24. de reform. c. 1. vbi omnia, quæ sunt in episcopis cōstituta, in Cardinalium quoq; creatione obseruanda declarat, nihilq; magis necessarium esse docet, quām, vt beatissimus Pontifex letissimos tantū sibi Cardinales asciscat, & bonos maximè, atque idoneos pastores singulis ecclesijs præficiat. Quæ verba quoties lego apud Concilium, reuocat mihi in mentē, quod in epistola quadā Ioannis Telles de Meneses Sebastiani Regis

apud pontificem legati ad ipsum scripta regem de quadam Cardinalium creatione à Pontifice eo tempore facta, quo ille Romæ erat, aliquando perlegi: scribebat enim legatus ille prudentissimus regi suo dixisse se Pontifici, cùm eum de Cardinalium creatione regio nomine inuiseret, venire se illi Cardinalium creationem regis Portugallie nomine gratulatum, nempe qui maiori, quām reges reliqui, ob eam creationem p̄tifici beneficio obstrictus esset: ceteri enim, ex quorum regnis crearat aliquos, suorum creationem gratularentur, rex verò Portugallie creationem omnium, quos scilicet pontifex & bonos, & idoneos creasset; eos enim solū sibi Rex Lusitanus creari postulabat, de Cardinalium verò creandorum numero, ordine, ætate, tempore, qualitate, & officio adest nouissima Sixti V. pontificis maximi constitutio edita anno 1587. tertio nonas Decembris. Nec aliue in moueat, si principem Cardinalē, Austriæ Archiducem, Lusitanię Gubernatorem, Legatumq; de Latere, in Cardinalatus dignitate constitutum videat, quē tamē nec ad legitimam ætatem peruenisse, nec ad gradum aliquem euectum scimus. Ut enim benè notauit Philippus in tractatu, *del Consejo y Consejeros de Príncipes*, eidem principi consecrato, humanæ leges in eo principe locum non habent, cui iure suo & ætas, & scientia antē diem inest, & accedit; maximē, cùm princeps serenissimus Cæsaris imperatoris sit filius, & recte cariat Quidius,

Cæsaribus virtus contigit antē diem.

Hæc de qualitate dicta sint: agamus iam de ordine.

Ad beneficium ergo simplex quilibet ordo sufficit, Fe-
lin. & Dec. in c. cùm adeò, de Rescrip. adde & ad canonica-
tum Ecclesiæ cathedralis, obseruata tamē in omnibus
Clem. ut hi, qui, hoc tit. innouata per Trident. sess. 22. de
refor-

reformat. cap. 4. Ad curatum minores ordines sufficiunt, dummodò promotus intrà annum à sibi commissi regimini tempore numerandum ad sacerdotium ascēdat. Quod si id intrà idem tempus non faciat, amittat ipso iure beneficium. d. cap. licet canon. de elec. lib. 6. innouato per Tri-
dent. sess. 7. de reformat. cap. 7. literatum tamē studio operam dantibus indulsum est, vt de licentia episcopi intrà annum ad subdiaconatum promoti usque ad septen-
nium in gratiam studiorum ad maiores ordines ascendere non compellantur. c. cùm ex eo, de elec. lib. 6. Abbates, &
priores presbyteries debent. cap. 1. huius tit. sed in minoribus quoq; propter necessitatem aliquandò admitti pos-
sunt. c. tua, infra eodem. Episcopus deniq; creari nō potest,
qui nullo ex sacris ordinibus fuerit insignitus. c. à multis,
hoc tit. nec id quidē satis est, sed oportet, vt in sacro or-
dine saltem sex mensium spatio antē, quām ad episcopatu-
m vocetur, sit constitutus, Trident. sess. 22. de reformat.
cap. 2. sed explicatis, quæ ad ætatem, & qualitatem, & or-
dinem præficiendorum spectant, dent suum Rubricæ nos-
træ sacræ vunctioni locum.

A D R V B R I C A M D E sacra Vnctione.



Cum est de ordinandis, & præficiendis: agi-
tur nunc de sacra vunctione; quoniam ordi-
nandi, & præficiendi vunctionibus ab Ecclesia
institutis inungi solent. Trident. sess. 23. de
sacramento ordinis Canone. 5.

2 Lan-

2 Lancellotus in institutionibus iuris canonici non de sacra Vnctione, sed de extrema Vnctione hanc rubricam inscribit, & sub illa de vltima Vnctione solum agit. Pontifex verò noster, qui non de vltima solum, sed de omnibus, quae sunt in Ecclesia, vunctionibus aucturus erat, non de extrema Vnctione, sed de sacra titulum constituit. Ut enim ex decretali, quae est sub hoc tit. colligit Antonin. 3. tom. tit. 14. cap. 8. triplex est sacra Vnctio; prima spiritualis omnium electorum, secunda elementalis omnium Cathacumenorum, tertia sacramenti specialis infirmorum. De prima intelligitur illud hymnographi psalm. 44. relatum à Paul. ad Hebr. cap. 1. propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo latitiæ præ confortibus tuis. Quod cum de Christo Domino intelligatur, vt intelligit Apostolus dicit. Ioco, nemo dubitarit per vunctionem illam Spiritus sancti gratiam significari. Ut enim omittam reliquos, ita eum locum interpretatus esse videtur magnus ille Piscator, & Pastor Act. 10. ad Centurionem, & cognatos, & necessarios eius loquens: Quomodo, inquit (& de Christo Domino loquebatur) vnxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute. Hanc verò vunctionem omnes electi, & veri fideles habent, vt constat ex epist. Ioan. 1. cap. 2. Sed vos vunctionem habetis à sancto, & nōtis omnia; quo loco per vunctionem gratia designatur. Quod colligitur etiam ex verbis Concilij Trident. sess. 14. de Sacram. extremæ Vnctionis cap. 1. vunctionio, inquit, aptissimè Spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima ægrotantis inungitur, representat. Comparatur verò oleum gratiæ ea potissimum ratione, quia, quemadmodum oleum super oēs alios liquores enat, ita diuina gratia, & dilectio super omnia dona spiritualia: & quemadmodum oleum est liquidum, & penetrabile, & lumen nutrit;

trit, ita gratia reddit hominem promptum, & facilem ad pia opera; eiusque mentem, & animam recedente gratia obscuram, & cœcūtientem aduentu suo illuminat, atq; illustrat. Vnde cum studentium mentes, vt scientiarum labyrinthos penetrare possint, non tenebris circunfusæ, sed claritatis radijs illustratae esse debeat, rectè Ioannes Baptista Gazalutis de Sancto Seuerino in eo libello, quem scripsit de modo studendi in vitroque iure, scholasticos adhortatur, vt ante omnia peccata sua confitentes ad diuinam gratiam consequendam anhelent: frustrè enim diu, noctuq; neque nocturnam, neq; diurnam quietem sibi impertinent, disciplinarum studio contorti, ni diuinam gratiam auxiliatricem habuerint, cuius radijs omnes intellectus tenebras, omnemque caliginem longè dispellant. Plùs enim hoc oleo, quam Mineruæ oleo discent. Quod cum summo iudicio, & virtute religiosissimi, & sapientissimi Societatis Iesu præceptores expendissent, scholasticis suis iniungunt, vt singulis quibusque mensibus saltè semel animam suam sceleribus purgent, quod idem monialibus à sacro sancto Concilio Tridentino iniunctum fuit sess. 25. de Regular. cap. 10. Hinc etiam videre est, quam sit æquum, & catholicum, & ad studiorum fructus cumulo accipiendos aptum Academiæ Conimbricensis statutum, quo cauetur, vt scholastici tèr in anno vltra præfixum ab Ecclesia generali tempus confessionem peccatorum faciant, nec aliter ad probationem cursus admittantur, quam si id scripto probarint; quod vtinam tam crebro tanto animarum periculo notissimis in Academia commentis non eluderemus. Oportet enim prius animas, & posteà linguas fieri eruditos, vt inquit Iustinianus in proæmio digestorū §. Illud verò satis nostrum constitutum.

3 Ex hoc olei Symbolo manifestum est, quid sibi velit Matth. Euangeliſta cap. 25. de virginibus loquens, ex quibus oleum habentibus ianua nuptiarū aperta est, non habentibus verò clausa; per illud enim oleū designatur gratia, quam qui non habet, fit æternæ voluptatis indignus, & ab hæreditate regni cœlestis eliminatur. Quæ expositio cùm sit D. Antonin. vbi suprà, ad illā penè reducitur, quam affert Pontifex in præsenzii, dñm per oleum nitorem conscientiæ designari docet adducto hoc eodem prudentum, & satuarum virginum exemplo.

4 Secunda vñctio est materialis, nec tamen Sacramentum gratiam conferens, sed Sacramentale ad gratiam disponens. Vnde & rectè Gargensis episcopus relatus à Restauro Castaldo in tractatu de Imperatore quæst. 21. vñctionem regum non esse Sacramentum affirmat. Et hæc quidem vñctio omnes vñctiones comprehendit, Cathacumenorum, Sacerdotum, Episcoporū, Regum, Altarium, & similium.

5 Tertia vñctio Sacramentum est speciale, vnum ex septem, quæ Christus Dominus instituit, Marcus Euangeliſta cap. 6. insinuauit, Iacobus deniq; Apostolus in epistola canonica cap. 5. fidelibus promulgauit. Trident. sess. 14. de extrema Vnctione cap. 1.

6 Cùm sit autē triplex olei benedicti genus, aliud chrismatum, aliud oleum sanctum, aliud oleum infirmorum, bene adaptatur triplici oliuæ symbolo: est enim oliua arbor pacis, est pabulum hominis, & eius deniq; pinguedo reficit artus lassos, & infirmos: inquantum est arbor pacis, referatur ad oleum chrismatis, inquantum pabulum hominis, ad oleum catabumenerum; inquantum reficit artus lassos, & infirmos, ad oleum infirmorum.

7 Et, vt à tertia vñctione, hoc est, ab extrema, quod est nouæ legis Sacramentum, incipiamus, de quo agitur in Clem. 1. de priuileg. & alibi, sciendum est Christum Dominum, qui Christianos suos ab omni hostium incursu firmissimis in omni vita remedijs tutos reddidit, Sacramentum hoc extremæ vñctionis instituisse, ad quem tanquam ad sacram anchoram in extrema vitæ periodo re, vt ita dicam, redeunte ad triarios, Catholici recurrerent; indigent enim eo tempore maioribus auxilijs, qui maiores hostium vires, maiores fallacias experiuntur. Licet enim sit omni tēpore vigilandū, semper enim, vt inquit Petrus, aduersarius noster diabolus. tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret: in exitu tamen vitæ omnes præstigator ille versutæ suæ neruos intendit, vt & nos perdat, & à fiducia diuinæ misericordiæ longè repellat. Vnde illud Genes. 3. serpenti à Deo dictum, insidiaberis calcaneo eius, id est, mulieris, sic intelligit Antonin. vbi suprà, vt per mulierem anima, per calcaneum, qui est finis corporis, vitæ finis significetur; quo tempore nihil non tentat Tentator (sic enim per antonomasiā diabolus vocatur Matth. 4. quemadmodum Virgilius apud Latinos, apud Græcos Homerus poëta appellatur. §. sed ius, instit. iur. nal. gent. & cil.) cùm sibi nullum amplius ad perdendam animam tempus supereffe videat, & ita autoritatem illam videtur intellexisse ad eam alludens Concil. Trident. dict. sess. 14. de Sacrament. extremæ vñction. cap. 2. Qua, inquit de vñctione loquens, infirmus subleuatus, & morbi incommoda, ac labores leuius fert, & temptationibus dæmonis calcaneo insidianis facilius resiliat: Nam & ad autoritatē illam Genes. 3. allusisse videtur, & finem vitæ per calcaneū intellexisse. Quanvis sciām aliter locū illum inter-

interpretatum fuisse Pierium Valerianum in suis hieroglyphicis, qui per calcaneū, hoc est, pedem, sumitur enim pars pro toto, hieroglyphicē animi affectiones significari ostēdit; illud enim esse pedum hieroglyphicum, ut affectiones significant. Vnde Virgilius veteris philosophiæ peritissimus, ut Didonem suam tām liberam à timoris affectione, quām amoris imperio parentem sese in pyram coniicientem significaret, vnum illam exutam pedem dixit, hoc est, liberam ab vna animi affectione, timore nempē:

Vnum exuta pedem:

Per hunc enim pedem timorem, per alterum significabat amarē, cuius flammis cum misera Dido exæstuaret, vtrūq; nuda pedem à poëta prudentissimo dici non poterat. Sic & illud Dauid psalm. 35. non veniat mihi pes superbiæ, itā intelligi potest, ut per pedem affectio significetur: quem admodum etiam illud Ioan. 13. qui lotus est, non indiget, nisi, ut pedes lauet, sic intelligit Rainald. suarum indagat. lib. 3. c. 15. qui lotus est, nempē baptismō, non indiget, nisi, ut pedes lauet, qui sunt sordes affectuū, per pœnitentiam. Hæc est igitur causa, ob quam salutare extremę Vnctionis Sacramentum institutū fuit, quæ ex verbis Iacobi epist. 5. colligitur, infirmatur, inquit, quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orēt super eum vngētes eum oleo in nomine Dñi, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, &, si in peccatis sit, dimittetur ei. Ex quibus verbis colligitur etiam eiusdem Sacramenti effectus, materia, forma, & minister: effectus est enim secundum Thom. in. 4. dist. 24. quæst. 1. artic. 2. quædam sanatio spiritualis, quæ datur contrā quandam debilitatem, vel ineptitudinē, quæ in nobis relinquitur ex peccato originali, vel actuali, contrā quā homo per hoc Sacramentū roboratur.

Est

Est etiā secundarius effectus sanitas corporalis, sed hic tamē non inducitur nisi quando expedit ad primum consequendum, hoc est, sanitatem spiritualem, quod ex Concil. probatur. d.c. 2. ibi, & sanitatem corporis interdum, vbi saluti animæ expedierit, consequitur. Materia est oleum ab episcopo benedictum; forma sunt illa verba, per istam vunctionem, &c. Quod cùm ita ex Concilio definitum sit, nemo posthac de extremæ vunctionis forma controvèrtat, hanc, vel illam esse afferendo, cùm Antonin. vbi suprà. c. 15. §. 3. Minister est sacerdos, quod constat ex verbis Iacobi, ibi, inducat presbyteros; quo loco Concilium Tridentinum per presbyteros non seniores populi, sed episcopos, aut sacerdotes intelligi declarat. Scitum est enim presbyterum seniorem significare; quo nomine Abraham primus omnium vocatus est, ut habetur in epistola. 2. Anacleti pontificis tertij, cuius meminit Carranza in eius vita, relata in cap. vlt. 84. dist. Nullus enim antè Abraham vocatus est presbyter, id est, senior, cùm ab Adam usque ad eundem nongentos, & amplius annos multos homines vixisse legamus, Abraham verò multò paucioribus vivit. Eius verò rei rationem reddit Philo Iud. in lib. de his verbis resipuit Noe, & in lib. de Abrahamo in fin. Ex quo didici senis nomen non tām ætatis, quām prudentiæ, & virtutis nomen esse. Ex eo enim, quia prudentia, & virtus senectutis propria est, iuxta illud Cicer. lib. 1. Tusculan. nihil est enim homini profectò prudentia dulcius, quam, ut cætera auferat, assert certè senectus: fit, ut per senectutem prudentia, & non prudentia solum, sed virtus omnis in sacris literis designetur. Vnde, qui se studiosius virtuti dederint, erunt hoc nomine digniores, & hæc est illa senectus, quæ debet esse in ciuitate.

L

venera-

De sacra Vnctione.

venerabilis virtute, non annis quæsita, licet huic quoq[ue] plurimus non immerito tribuatur honos, vt probat Callistratus in l. semp[er]. 5. ff. de iure immun. l. prouidendum, ibi, aut vetustas, secundum interpretationem Tiraq. de nobilitate cap. 19. num. 2. C. de postul. Aulus Gell. lib. 2. noct. Attic. cap. 15. Chassan. in cathal. part. 9. considerat. 13. part. 10. considerat. 29. part. 11. considerat. 17. Osorius de regis institutione lib. 4. fol. 125. Cyri ad filios orationem ex Xenophonte referens, D. Paul. 1. ad Timoth. cap. 5. seniorem ne increpaueris, sed obsecra, vt patrem, Frater Simon Coëlius in lib. qui inscribitur, *Compendio das Chronicas da Ordem de noſa Senhora do Carmo*, multa philosophicè, & eruditè congerens lib. 2. cap. 10. Quod verò inquit Concil. per presbyteros aut episcopos, aut sacerdotes intelligi, benè cōuenit cùm his, quæ in Rubrica de translatioue episcopi num. 10. cum sequentibus de presbyteri, sacerdotis, & episcopi vocabulo latè diximus. Licet autem Iacobus non presbyterum, sed presbyteros inducendos dicat, non est tamè ex eo verbo inferendum non posse hoc sacramentum ab uno solùm sacerdote ministrari, cùm contrarium sit decisum in cap. quæsivit, de verb. signific. Erit tamè aptius, & decentius, vi plures in illius administratione adsint, illudq; ad infirmum deferant. Quarè rectè constitutio episcopatus Leiensis tit. 6. de extrema vñctione constitut. 1. iubet, vt saltèm duo sacerdotes in ipsius administratione adsint, ni ea sit ægroti necessitas, vt commodè sacerdos alter non possit expectari.

8. Est autem hoc sacramentum conferendum infirmis, & illis præsertim, qui tam periculose decumbunt, vt esse iam in ipso vitæ exitu videantur. Ex hoc enim sacramentum

exeun-

De sacra Vnctione.

exeuntuim nuncupatur, quemadmodum etiam extrema vñctio nomen est fortium, quod in extremitate vitæ constitutis exhibetur. Unde satis non est ad illius suscep- tione mortis propinquitas, si aliunde, quam ab ægritudine, proueniat. Quarè nec laqueo vitam finitur, nec anticipi Mantis alex se committentibus confertur, vt bene probat Scot. in. 4. distin. 24. Nicol. Plot. in suo tractatu de sacrament. 5. part. cap. 1. Non debet autem dari pueris usum rationis non habentibus, nec furiosis ex ratione Dr. Antonin. dict. titul. 14. capit. 13. §. 6. ubi in. §. 17. in quibus corporis partibus, & quibus de causis facienda sit vñctio, ex Thom. & alijs doctissimè declarat. Non esse autem hoc sacramentum ex eorum numero, quæ iterari non possunt, videbimus infra in Rubrica de sacrament. non iterand. Hæc de oleo infirmorum dicta sint, in quo si longius fortasse processimus, quam postular operis institutum scientia ipsi, si qua est in nobis, danda est venia, quæ omnis, vt inquit ille, naturæ facilitate verbosa est. descendamus nunc ad alias vñctiones.

9. Prima vñctio, cuius meminit pontifex in præsen- ti, est vñctio episcopi consecrandi. Notum est enim episcopum electum, & confirmatum intrâ tres menses post electionem, nisi legitimum subsit impedimentum, consecrandum esse. cap. quoniam. 75. cap. quoniam. 100. distin. Concil. Tridentin. sessioni 7. de reformat. cap. 9. & sessione 23. de reformatio. capitul. 2. Debet au- tem in eius consecratione Metropolitanus cùm duobus, aut tribus episcopis interuenire, vt probatur in cap. episcopi cùm multis ibidem. 64. distin. Quod si ab uno, aut duobus episcopis metropolitanus non interueniente,

L. 2. quinu-

qui numerum conficiat trium, ordinatio expedita fuerit, nullius erit momenti, vt probat gloss. in cap. nec episcopi, verb. sinè tribus, de tempor. ordinat. Congregatis igitur, vt Lancellotti verbis vtar in. §. congregatis, sub tit. de consecratione, hora dominicae lucis tertia episcopis, & scrutinio cùm precibus celebrato duo suprà caput ordinandi Euangelij Codicem tenentes manus imponant, & uno semper eodem benedictionem fundente cæteri, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant, atq; illud vna cùm manibus sacro-chrismate deliniant. Hæc Lancellottus. Quarè autem episcopus chrismate vngatur, declarat pontifex in præsenti; ait enim chrisma ex oleo, & balsamo confici, & per oleum nitorem conscientiæ, per balsamum odorem famæ significari; vtrunque autem in episcopo, hoc est nitorem conscientiæ, & odorem famæ, inesse oportere. Licet autem odor famæ per quam necessarius sit episcopis, iuxta Apostoli testimonium, Christi bonus odor sumus in omni loco, excellentior tamè, & utilior est nitor conscientiæ: cùm enim conscientiarum sit scrutator Deus, pluris illarum nitorem, quām externum famæ odorem facit: affert pontifex carmen illud propheticum Psalm. 44. Omnis gloria filiæ regis ab intùs, cuius versiculi interpretationē memini didicisse me à domino meo, sic enim doctores nostri præceptores suos appellant, & sic ego præceptorem meum fratrem Loysium de Sotomaior non ea tantum de causa, sed ob multas alias appellare soleo. Cùm enim pater ille scientiarum, quo eum nomine vocat Ioannes Vaz da Motta in oratione, quam Romæ habuit, interpretaretur versiculum illum sponsi Cantic. cap. 2. & facies tua decora, cauendum esse monuit, nè quis verbis illis, & similibus existimaret ab

sponso

sponso externam potissimum sponsæ faciem commendari, sed potius internam, & incorporalem, secundum quam similes Deo, & deiformes sumus, & appellamur: sponsa enim nō tam dotibus corporis, quām animi placebat sp̄so, illiq; laudabilis, & amabilis èrat. In cuius confirmationem præceptor maximus afferebat hoc carmen à pontifice nostro impræsentiarum adductū, omnis gloria filiæ regis ab intùs, hoc est vniuersa, seu præcipua laus, vel gloria, vel pulchritudo sponsæ est intrinseca, & interna, hoc est, in virtutibus animi sita. Licet enim sp̄sa externa etiā facie, & ornatu pulcherima sit, interiùs tamè visq; adeò est pulchrior, vt tota eius gloria, vel dignitas interna esse videatur; hoc enim sensu verbum illud, omnis, accipiendum est. Ad hæc autem Davidis verba videndus est Gregorius Nazianzenus in oratione in dictum Euangelij, vbi inquit: pulchritudo quidem ea, quæ in oculos cadit, non occultatur; quæ autem oculorum aciem fugit, id est, pulchritudo animi interna, à Deo perspicitur iuxta illud regis Prophetæ, omnis gloria filiæ regis ab intùs. Neq; prætermittendus Ambros. lib. de Noe, & arca. c. r. i. ad illa verba Genes. c. 7. cùm ait Moses, quia te vidi iustum in generatione ista, vbi ponderat Ambrosius, quòd solus Noë ex hominibus illius ætatis iustus, id est, pulcher, & speciosus visus est non facie corporis externa, sed potius animi interna, homines enim, inquit Ambrosius, quæ foris sunt, probat, Deus, quæ intùs, examinat. Vnde & Philo Iudæus, cuius ego lectione valde capior, in lib. de temulentia exponens allegoriam arcæ testamenti, seu foederis, declarat etiā mysterium, & rationem, ob quam oraculum diuinum iussit arcam illam intùs, & extra laminis quibusdā aureis exornari, vt nēpè virtutes vtriusque speciei externas, & internas significaret. Plato

L 3 vero,

verò, cùm quo mallebat errare Cicero, quā cùm alijs vera sentire, in Alcibiade. i. sic Socratem loquentem inducit, vt probet veram hominis pulchritudinem non corporis, sed animi specie esse metiendam, eoq; nomine à reip. gubernatione Alcibiadē excludit, nempè qui corpore duntaxat, & non animo pulcher erat. Qua de re videndus idem Plato in phædro, vel de pulchro lib. 26. O amice, inquit, pan, & alij omnes, qui locum hunc colitis dij, date mihi, vt pulcher intūs efficiar, &c. Quæ omnia non tam in gratiam illius versiculi dicta sint, quām, vt manifestè constet omnibus, quām sit nitor conscientiæ, qui per oleum, odori famæ, qui per balsamum significatur, in episcopo anteferendus. Quatè autem episcopi caput, & manus consecrentur, &, quid per caput, quid per manus significetur, pontifex in præsenti copiosè exponit. Hæc de vñctione pontificis, veniamus ad vñctionem regum, de qua agitur in. §. vndē in veteri, huius tituli.

Horum vñctio, vt constat ex hoc. §. originem sumpsit ex veteri testamento, patet. 3. Regum. c. 19. cùm dominus dixit ad Eliam, vade, & reuertere in viam tuam per deseratum in Damascum, cumq; peruerteris illuc, vnges Hazael regem super Syriam, & Iehu filium Nausi vnges regem super Israel, ex. 2. Reg. cap. 2. ibi, veneruntq; viri Iuda, & vñxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda, ex. 3. Reg. cap. 1. cùm senex Dauid de Salomone filio in regem leuando sic ait: & vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Natham Propheta in regem super Israel. Differebat autem nihil in veteri testamento vñctio regum ab vñctione pontificum: fiebat enim eodem modo, & in eadem parte, vt probatur ex d. §. vndē in veteri, & ex Eusebio

bio Cæsariensi lib. de demonstratione Euangelica. cap. 15. pōst principium, dūm tradit iure diuino primum Mosem ijs, qui vngerentur, Christi nomen imposuisse, idq; vñctionis genus non solūm pontificibus fuisse traditum, sed & Prophetis, & regibus. Pōst aduentum verò Christi Domini, & diuinam ipsius vñctionem, cuius mysterium continebat lapis, quem Jacob, cùm iter in Mesopotamiam haberet, postquam Deum innixum scalæ, quæ in cœlum penetrabat, per somnum vdit, in monumentum statuit, & oleo perfudit, Genes. 28. principis vñctio à capite ad brachium est translata, &, vt non ea solūm inter autoritatem principis, & pontificis sit differentia, adiungitur & alia, quod caput pontificis chrismate consecratur, brachium verò principis oleo delimitur; vndē & in ipsa vñctione, & vñctionis parte differunt: pontifex enim vngitur chrismate, quod ex oleo fit, & balsamo, vt suprà diximus, princeps verò oleo exorcisato, vt ait liber sacr. cærem. lib. 1. sect. 5. cap. 3. col. 4. Quapropter merito explodendus est August. de Ancona in lib. de potestate Papæ quæstio. 38. artic. 2. ad fin. dūm simpli- citer affirmat oleo chrismati vngi & regum, & pontificum capita, in vnum, & alterum simul errorem inciden- dens, &, dum ait reges vngi in capite, & dum chrismate, vtrunq; enim est contrà nostrum. §. vndē in veteri. Cùm verò de principis vñctione loquor, regem Franciæ semper excipio, qui, vt ait Martinus Laudensis in tractatu de principe not. 434. Episcopus Sarnensis de visitat. lib. 1. cap. 6. num. 5. oleo, seu chrismate cælitus per columbam misso inungitur in monasterio sancti Remigij, qui primum Gallorum regem baptisauit.

11 Vnguntur autem pontifices in capite, reges vero in brachio optima ratione: habet enim se potestas ciuilis in ordine ad remp. ecclesiastica tanquam brachia ad suum corpus: ecclesiastica tanquam caput; id est enim, quod tex-tus significare volunt, dum aiunt principes saceruli esse in Ecclesiae corpore, tanquam eius defensores, seu propugna-tores. c. principes. c. regum. c. administratores cum multis alijs. 23. quæst. 5. sicut enim in corpore naturali proprium brachiorum munus est ipsius corporis defensio, ita membra Ecclesiae munus illud habentia, hoc est, principes, recte brachiorum nomine censemur ex reg. c. singula, ibi, ita in Ecclesiae corpore. 89. dist. & hinc est, quod potestas ciuilis brachium secularis a pontificibus appellatur, in c. quoniam de off. ord. in c. vlt. in fin. de excess. prælat. a Concil. Tridet. sess. 25. de regular. c. 5. de ecclesiastica potestate patet; cum sit enim pontifex Christi Vicarius. c. 2. de translatio. episc. Christum ipsum, qui caput est Ecclesie. c. 1. de vot. lib. 6. re-presentat. Vnde meritè princeps in brachio, pontifex in capite vngi debet, ut nempè princeps brachium, pontifex huius corporis caput esse ostendatur, ut benè innuit Hieronymus Catena in vita Pij. V. cum agit de titulo Magni Dicis, quo Pius Cosmum Medicem ipso imperatore refragante decorauit. Etsi d. §. vndè in veteri eam solùm huiusc rei rationem affert, ut scilicet ostendatur, quanta sit differentia inter autoritatem p̄tificis, & principis potestatem, quæ differentia ostenditur etiam in multis alijs, & eam ostendi vult Rainald. Corsus. lib. 3. indagat. c. 15. in inuocatione Domini nostri Iesu Christi, qua vtitur Iustinianus in capite suorum procœmiorum, instit. C. & ff. cum ea nō vtau-tur Gregorius in procœmio, Rex pacificus, nec alibi videamus pontifices vsos esse, cuius rei causam dum indagare vult,

vult, sex, septemvè rationes affert, quas apud eundem vi-dere poteris. Hæc de vñctione pontificis, & regum, de qua etiam aliqua Chaffan. in cathal. 5. part. considerat. 22. vers. per hæc.

12 Sed, quia Christus Dominus in nouo testamento Christianos suos reges fecit, iuxta illud Apostoli, vos estis genus electum, regale sacerdotium, docet pontifex in. §. quia vero in d. c. vnic. huius tit. id circò non solùm reges, & sacerdotes, sed Christiani omnes in huius regni significa-tionem vnguntur. Voluit enim Christus vñctionem suam in omnes Christianos transmittere, quos nec solùm fra-tres, vt Osorius ait de sapientia lib. 1. non suos, vt Ioannes Euangeliſta. c. 13. sed se ipsum quoq; appellat, vt iam olim didici ex Lippi Aurelij Augustiniani Eremitæ Christianis paradoxis, in paradoxo, diligendos esse inimicos. Ipse enim, inquit ille, Christus non amicos, non socios, non deniq; fratres, aut filios nos, sed se ipsum appellat. Cum enim Paulum Christianos insectantem increpat, Saule, Saule, in-quit, quid me persequeris? Hæc Aurelius. Et antè eum idem ponderauit D. Augustinus multis in locis, præfertim tract. 28. in Euangel. Ioan. Et item lib. 50. homil. homil. 15. & in Psal. 140. præfat. & alijs. Cuius ego autoritatem confirmauerim autoritatem. c. nulli in fin. 3. quæst. 1. ibi, dominum crucifigunt, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, Luc. c. 10. qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit, Bernard. ferm. 64. in Cantic. in expositione illius vers. capite nobis vulpes paruulas, &c. Homines, inquit, ille, non arbores amat homo Deus, & nostros profectus suos fru-etus reputat: tempus enim horum diligenter obseruat, arridetq; apparentibus, & sollicitus satagit, ne pereant sibi: se enim reputat tanquam nos. Facit & pro hac re locus elegās,

L 5 qui

qui est apud d. Ambros. ep. 32. de Christo domino dicente de morte Petri, venio Roman iterum crucifigi: Quem locum si vultis amplius dilatare, legite, quæ Dominus meus dictauit in Cantic. c. 2. sub illo vers. qui pascitur inter lilia, ubi inter cætera attulit quandam glossam antiquissimam Hebræorū, Rabbi videlicet Menahem super Genesim. c. 3. quæ ex alterius Rabbini antiquioris autoritate sic ait: salus Israel est salus Dei, idq; probat ex illo Zachar. cap. 9. Eccē Rex tuus veniet tibi iustus, & saluator. Hebraica enim vox, pro qua vulgatus vertit saluator, saltē est ambigua, & significat non solum saluatorem, sed etiam salutatum. Gaudet enim Deus de salute, & perfectione cuiusque animæ humanæ, & salutem nostram suam reputat.

13 Cūm hoc igitur ita sit, mirum non est, si Christiani & in signum vñctionis Christi, & in signum regni, quod per eius fidem consequuntur, vngi debeant: sed de eorum vñctione tam, quæ in Baptismo, quam, quæ in confirmatione fit, tam latè agit pontifex in præfenti, vt necesse non sit in illius expositione diutius immorari.

14 Ne tamen aliquid, quod ad huius Rubricæ explicationem spectare possit, desideretur, quandò satis de verbo, vñctione, dictum est, de verbo quoque, sacra, dicendum est aliquid. Res enim sacræ dicuntur, quæ ritè Deo per pontifices consecratae sunt. §. sacræ res institut. de rebus diuis. differuntq; à rebus sanctis, quæ muros, & portas ciuitatis comprehendunt; hæc autem ideo sancta dicuntur, quia poena capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint: ideo & legum eas partes, quibus poenæ constituuntur aduersus eos, qui contra leges fecerint,

rint, sanctiones vocantur. §. sanctæ, instit. eodem, de quo verbo, cùm sit adeò nostro propinquum, vide per Bud. in l. 1. ff. de iust. & iur. fol. mihi. 6. ex prælo Ascensiano, per Figneretum in prologum Plinij. Habent & auari suam famam, quam Virgilius sacram dixerit, hoc est, detestabilem, & execrandam,

Quid non mortalia pectora cogis

Auri sacra fames?

Habent & medici morbum, quem sacrum dicunt: habet & hoc verbum significaciones multas, quas latè videre poteris per Calep. verb. sacer. 1. &. 2. & verb. sacra via, verb. sacra certamina, verb. sacrum promontorium, per Alex. ab Alex. Genial. lib. 6. c. 14.

15 His expositis pergamus ad Rubricam de sacramentis non iterandis si non doctrina operis, saltē varietate placituri. Reficit enim, vt inquit Quintilianus, animos, ac reparat varietas: & quoniam, vt idem ait, quanvis multa egerimus, quodam tamè modo recentes sumus ad id, quod incipimus, nouo animo, nouisq; viribus aggrediamur illius explicationem.

S A D R V B R I C A M de sacramentis non iterandis.

POst Rubricam de sacra vñctione sequitur Rubrica de sacramentis non iterandis, quæ nos docet, utrum vñctiones in sacramentis prætermis- sa post illorum celebrationem iterum adhiberi possint.

possint. Hoc est enim, quod statim agitur in primo capite, & hæc fuit causa, ob quam pontifex hanc Rubricam post superiorum collocavit.

2. Ut verò altè, & à capite, quæ de sacramentis dicenda sunt, repetamus, de verbo ipso aliqua antè omnia dici oportet. Sacramenti igitur verbum varias apud latinos significaciones habet. Nam, ut inquit sextus Pompeius, sacramentum æs significat, quod pœnæ nomine penditur, siue eo quis interrogat, siue contendit: quod clarius colligitur ex. M. Varrone lib. 4. de lingua latina; ea, inquit, pecunia, quæ in iudicium venit in litibus, sacramentum à sacro: qui petebat, &c, qui inficiabatur, de alijs rebus vtriq; l. æris ad pontificem deponebant, de alijs rebus itèm certo alio numero assium. Qui iudicio vicerat, suum sacramentum à sacro auferebat, victi ad èrarium redibat. Haec tenus Varro, quod ità ex eo refert doctissimus Pytheus aduersariorum successorum lib. 1. c. 18. licet Jacobus Ræuardus varior. lib. 2. c. item. 18. Varronis locum mendosum, ut ait, & à se restitutum ità legat: Qui petebat, & qui inficiabatur, de alijs rebus vterque quinquagenos asses apud pontificem deponebat, de alijs rebus itèm certum alium, & legitimum numerum assium. Sic Ræuardus. d. loco, qui idem repetit lib. 5. c. 10. Vterque autèm, cum quibus & Calepinus verb. sacramentum, Varronem citat. lib. 4. de lingua latina. Vndè miror apud Cou. in. c. quanuis pactum. 1. part. in initio num. 2. vers. apud veteres, lib. 2. non. 4. Varronem citari, quem tamen errore lapsum non ausim affirmare, cùm Varronis is liber mihi, dùm hæc scribebam, ad manus non fuerit. Ræuardus autèm d. loco lege quadam tribunitia exigere sacramenta triumuiros capitales consueuisse auctore Festo confirmat: sacramentum autèm, inquit ille,

ille, veteres appellabāt, inquit idem Festus, quod pœnæ nomine pendebatur, & quidem duplicitate, interrogatione nimis, & contentione. Qui in huiusmodi pœnas ex legibus, senatusuè consultis, aut constitutionibus incidērāt, quæ lui pecunia debebant, hi à triumuiris pœnam exigentibus sacramento interrogari dicebantur. Cæterū sacramento olim contendī solet, cùm de re aliqua incideret controversia: tunc enim alter alterum sacramento interdūm quingentenario, plerūq; quinquagenario prouocabat, hac formula, quando negas te sacramento quinquagenario prouoco, autore Valerio Probo. Haec tenus Ræuardus. Quod tamèn ille ex Valerio Probo afferit, apud ipsum Probum non ita est expressum. Verba enim Probi his notis sunt scripta. Q.N.T.S.Q.P. quas Pytheus vbi suprà Ræuardi verbis ab ipso Pytheo fortasse sumptis (nec enim vter prior scripsit, liquet mihi) exponit, & notam illam, Q. secundo loco positam, vel quingenario, vel quinquagenario significare existimat. Qui fuerint autèm triumuiri capitales sacramenta exigere soliti, declarat optimè Ræuardus, & legem tribunitiam, qua id eis licebat, ità apud Festum de verb. significat. lib. 17. restituendum sibi inquit persuasisse Lucam Fruterium ingenio singulari præditum adolescentem: quicunque post hac p. ætor factus erit, qui inter ciues ius dicet, tres viros capitales populum rogato: ijq; tres viri capitales, quicunque à populo facti erunt, sacramenta exiganto, iudicantoq; eodemque iure sunt, vtei ex legibus, plebeiq; scitis exigere, iudicare, esseq; oportet. Elegans lex tribunitia, eleganterq; restituta, exclamat Ræuardus, per quam triumuiros capitales populum rogare prætor iubetur, illiq; à populo facti sacramenta exigebant, & iudicabant sic nimis, ut si quid pœnæ

pœnæ nomine ab aliquo dependendam fore; id; si non dependeretur, exigent trium iuri: tuic si is, à quo sacramentum exigebatur, negaret pœnæ nomine se conueniri posse; idem trium iuri non exigebant solum, sed etiam sacramentum, siue de sacramento iudicabant. Hinc manifeste patet, quid sibi voluerit Cicero in oratione pro Milone, cum si aiebat eum deniq; cui nulla lex erat, nullum ius ciuile, nulli possessionum termini, qui non calunnia litium, non iniustis vindicijs, ac sacramentis alienos fundos, sed castris, exercitu, signis inferendis petebat: quod sic expónit Budæus in annotationib. ad Pandect. in. l. vlt. ff. de orig. iur. sol. mihi. 24. Clodius non iam aliquo iuris praetextu alienas inuadebat possessiones, vt calumniantores, & litigiosi fôlent; sed, vi animata, apertaq; & tanquam hostili prælio. Quemadmodum etiam & illud eiusdem Ciceronis in lib. de Oratore in persona Scæuolæ: Quod vero in extrema oratione tua, Crassus, quasi pro tuo iure sumpsisti oratorem in omnis sermonis disputatione copiosissime versari posse, hîc, nisi in tuo regno essemus, non tulissim, multisq; præfessum, qui aut interdicto tecum contendenter, aut te ex iure manu consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam temere irruisses. Agerent enim tecum lege primum Pythagorei omnes, atq; Democritici, ceteriq; in suo genere Physici, vindicarentq; ornati in dicendo, & graues, quibuscum iusto sacramento contendere non licet. Aut interdicto (inquit Budæus) inquit Scæuola, tecum philosophi, illi contendenter, ut potè à possessione disciplinarum, quæ propriæ sunt eorum, deiecti, quippe quas tu vniuersas oratoriae facultati tribuis. Dixerat enim Crassus oratoris esse proprium de re quacunque proposita copiosissime dicere: aut ex iure te manu consertum vocarent,

rent;

rent; id est, vindicarum licet tibi intenderent, illarum disciplinarum facultates, possessionesq; sibi vindicantes, asserentesq; iusto autem sacramento cum Pythagoreis, & Democriticis de Physiologia, & reliquis philosophiæ inueniuntur contendere oratori non licere dixit Scæuola propter præstantiam ingenij eorum hominum, qui fundatores, autoresq; fuerunt magni nominis sectarum, quibuscum sacramento, & vindicatione contendendo de Physicæ speculationis, explicationisq; professione nullus sane orator licet vincere posset vel propter tati nominis præiudicium, vel, quia impudentię daretur, si quis illis viris doctrinarum possessione nō cederet, qui nomina sua professione earum rerum usq; adeò illustrarunt. Haec tenus Budæus: quæ inuitat ad verbum hoc in loco trastulisse, vt sit manifestior quæzundam verborum sensus, quæ in prima parte nostræ Harmoniæ in Rubrica de summa Trinitate de Emmanuel Soares ad imitationem Ciceronis reperientur. Hic est enim fructus, vt inquit ille, legendi æmulari ea, quæ in alijs probes, &c., quæ maximè inter aliorum dicta mireris, in aliquem usum tuum opportuna deriuatione conuertere.

4. In eundem etiam modum intelligitur illud eiusdem Ciceronis (gestio enim sèpè citare eius verba, à quo compillando nec Virgilius ipse abstinuit autore Macrobo Saturnal. lib. 6. cap. 1.) lib. 9. Epist. pugna, inquit, si me amas, nisi arguta apparebunt; vt sacramento contendas mea non esse. Quæ iuris verba cum multis alijs nemini sit mirum toties apud Ciceronem legi; delectabatur enim ille mirum in modum verbis à iure sumptis, quibus in scriptis suis metaphorice usus est sèpè: nèpè qui, vt ipse ait in li. de Claris oratoribus, iuris ciuilis studio multū operæ dederit

Quinto

Quinto Scauolæ Publij filio; vndē & iurisperitissimus euasit, & in oratione pro Murena ea verba iastabundus effudit: itaq; si mihi vehementer occupato stomachum moverint, triduo me iurisconsultum esse profitebor. Sit hæc itaq; prima sacramenti significatio, in qua dedita opera sumus immorati, quod non videtur vsq; adeò vulgaris, quin fuerit operæ pretium diffusius explicari.

5 Significat etiam sacramentum autore Festo, quidquid iureiurando interposito geritur: quo sensu accipitur in Auth. sacramenta puberum: C si aduersus vendit. Idem est enim ibi sacramentum, ac fides iureiurando præstata. sacramentum enim, vt inquit Abbas in Rub. de iureiurando pro iuramento capit, idq; videre est vltra. l. i. ff. de varijs, & extraordin. cognit. vbi glo. verb. ingressu. apud Quintilian. lib. 12. institut. orator. c. 2. sed hæc, inquit, inter ipsos, qui velut sacramento rogati, vel etiam superstitione consticti nefas ducunt à suscepta semel persuasione discedere: oratori vero nihil est necesse in cuiusquam iurare leges. Quibus ex verbis colligitur idem esse sacramento rogari, ac iurare, patetq; ex Iustiniano in. l. vii. C. de iudic. ibi, cui enim non est cognitum antiquos iudices non aliter iudicialem calculum accepisse, nisi prius sacramentum præstitissent omni modo se cum veritate, & legum obseruatione iudicium esse disposituros. Agit enim Iustinianus de iudicibus, qui olim in leges iurare tenebantur, vt constat ex his, quos citat Ræuard. lib. 5. cap. 8. & ex Cicerone pro A. Cluentio. Inde sacramentum militare dicebatur, quo milites in verba imperatoris sui iurabant, quod nisi præstitissent, iusti milites non videbantur, eoq; absoluti in hostem legitimè pugnare non poterant, quod Seruius docet, dum inquit, iusta militia est eorum, qui singuli iurabant pro rep.

Se esse

se esse facturos, nec discedebant, nisi completis stipendijs, & sacramentum vocabatur. Idq; ex Vegetio lib. 2. de re milit. ex Suetonio in Cæsare, & ex multis alijs aperte constat, & hoc sensu legitur hoc verbum in. l. fin. C. veter. lib. 12. ibi, qui sacramentis inhærere desierit, hoc est, qui Sacramento fuerit solitus completis stipendijs, vt inquit Seruius: sic apud Claudian. in quartum Honorij consulatum,

Tua sarmata discors

Sacramenta petit.

Sic passim apud multos. Huius vero militaris sacramenti, quod singulis annis Kalendis Ianuarijs ab Imperatore primùm, deinde à Legatis, Tribunis, Centurionibus, Decurionibus, Præfectis castrorum, militibus deniq; præstabatur, forma habetur apud Alexan. ab Alexan. lib. 1. Genialium dierum. c. 20. in fin.

6 Hæc apud profanos: autores vero sacri Sacramentum dicunt idem, quod Græci mysteriū, hoc est, vt inquit Couar. in cap. quanuis paustum in initio. 1. part. num. 2. sacrū secretum, aut religiosum arcanum, omnemq; rem sacram occultam tamen, & latenter: & in hoc sensu accipitur apud Paul. ad Ephes. 1. ibi, vt notum faceret nobis Sacramentum voluntatis suæ, & ad Ephes. 3. vbi bis eam vocem repetit. 1. ad Timot. 3. ibi, magnum est pietatis sacramentum, Sapientiæ. c. 2. ibi, & nescierunt Sacra menta Dei, Thobiz. c. 12. ibi, etenim sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare, & confiteri honorificum est. c. ita Dominus. 19. dist. ibi, sed huius muneric sacramentum ita Dominus, &c. Clem. 1. de summa Trinit. ibi, qui sacramenti huius re gestam narrans, &c. & in hoc sensu usurpat hoc verbū frater Petrus de Padilha in libro,

M quem

quem compositus in laudem Deiparæ Virginis cantu. 74¹
Carmine. 76. & d. Hieronymus de Apocalypsi Ioannis lo-
quens relatus à pulchra, & utili noui Testamenti diuisio-
ne (sic enim inscribitur) hic liber, inquit Hieronymus, tot
habet sacramenta, quot verba. Ab hac fortasse sacramen-
ti significatione ductum est, ut signa quædam hominū sen-
sibus subiecta, quæ gratiam, quam ex Christi domini insti-
tutione, & passione conferunt, simul declarant, speciali-
quodam iure, specialiꝝ nomine sacramenta legis Eu-
angelicæ appellantur. Notandum est tamen nullum esse e
septem sacramentis, cui sacramenti nomen in sacris Scriptu-
ris tribui legamus, præter matrimonium, Paul. ad Ephes.
cap. 5. ut bene aduertit charta quædam Madritij typis edi-
ta de Sacramento matrimonij. Nec ignoror in lege etiam
veteri Sacra menta fuisse, quæ tamen longè distabant ab
his, quæ Catholici habemus, & veneramur. Illa enim, ut in-
quit Concilium Florent. sub tit. de Sacramentis can. 2. &
Aug. in Psal. 73. significabant, & promittebant gratiā, hæc
autem conferunt illa facienda ostendebant, hæc facta osten-
dunt: suntq; aliæ multæ inter viraq; differentiæ, quæ colli-
guntur ex Th. & Theologis in. 4. d. 1. q. 1. ar. 2. vbi Richar.
ar. 3. q. 4. ex eodem Th. 3. part. q. 60. ar. 2. ad. 2. Cathac. de
sacram. in genere vers. ex his. Multa autem legis veter-
is sacramenta, veluti serpens æneus, quem Moses finxit,
& hasta in altū proposuit, qui Christi signūfuit, & cætera
id genus videri possunt apud Osor. lib. 2. de sapientia: le-
go enim libetè nostros, qui si in animum inducerent

Non sibi, sed toti genitos se credere mundo,
Nullam sapientiæ partem Gallis, nullam Germanis, nullam
Italis inuidemus.
Illud tamen de legis veteris sacramentis hic admonue-
rim,

rim, maximam esse inter Theologos contentionem, vtrum
Circuncisio, in cuius locum in lege gratiæ baptismus suc-
cessit, gratiam contulerit. Qua in re communiter repro-
batur sententia Magistri in. 4. distinct. 1. afferentis per cir-
cuncisionem solùm purgari peccatum, Sed non conferri
gratiam, qui tamen non aduertit, quæ sibi parùm con-
stet, cum ablutio peccati non possit esse, nisi per gra-
tiam, & oppositorum priuatiue oporteat alterum inesse,
ut animal cæcum, aut videns, quod inquit. D. Antonini.
3. part. tit. 14. cap. 11. §. 2. Thomas vero in. 4. distinct. i. q. 2
art. 4. in ea fuit sententia, ut existimaret Circuncisionem
vnâ ex veteris legis sacramentis gratiam contulisse tol-
lendo culpam, non tamen aperuisse ianuam, ut Baptismus
facit, nec diminuisse somitem. Hæc Tho. illo in loco, qui
tamen in altero, hoc est. 3. part. quæst. 70. artic. 4. palino-
diam cecinit, existimauitq; Circuncisionem, sicut & reli-
qua veteris legis sacramenta, gratiam non contulisse, sed
per fidem, cuius protestatio erat Circuncisio, tolli pec-
catum, conferrique gratiam ex Dei passione, & sic Cir-
cuncisionem non fuisse causam, per quam, ut sunt Sacra-
menta legis gratiæ, sed sine qua non.

7. Definitio sacramenti à Theologis petenda est: hi
enim de sacramentis exactius, quæ nostri agunt: vtrum
que tamen illorum retractatio æquè incumbit. Ut
enim latè diximus in rubrica de summa Trinitate. ius ca-
nonicum cum Theologia natum est, utinamq; sit tem-
pus, quo perfectus aliquis iuris canonici professor hanc
partem à iure canonico per multa sœcula diuisam vendi-
cet sibi, ac velut rebus repetitis in corpus iuris canonici
adducat. Quod quantum vultatis iuris nostri stu-
diosis importaret, ex Cornelio Tacito in dialogo de

M. 2. Orat.

Orat. apparet, secundum quem aliter proprijs, aliter comodatis vtimur. Interim tamen intrà pelliculam nostram nos teneamus; Nam

Non omnia possumus omnes,

Et recte Theocritus ædillio. 32. ab Eobano Hesslo in Latinum translat o,

Nanq, alias alijs norunt res munere diuam.

Difinitur itaq; Sacramentum ab August. lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 5. vt sit sacræ rei signum, quæ definitio ponitur à Magistro in. 4. dist. 1. & optimè explicatur ab Antonino. 3. part. tit. 14. cap. 11. Cùm tamen hæc definitio veteris legis Sacramentis competit, addere oportet verba illa, quæ ad- dit Magister. d. loco, vt eius similitudinem gerat, & cau- sa existat. vel , si maiis, cùm eodem Magistro ita defini- re poteris : Est inuisibilis gratiæ visibilis forma: sunt enim Sacraenta signa gratiæ, quam per signum ali- quod sensibile efficiunt, vt benè colligitur ex cap. mul- ti. 1. quæst. 1. ex Gregor. lib. 1. Reg. cap. 16. Hieronym. in cap. 28. Matth. Bernard. serm. 1. de Cæna Domini, Vi- guer. de institut. cap. 16. Victor. de Sacram. in principio. vtraq; autem Sacramenti definitio elicetur ex Tridē. sess. 13. de sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. c. 3. ibi, com- mune hoc quidem est sanctissimæ Eucharistiæ cùm cæte- ris Sacramentis symbolum esse rei sacræ, & inuisibilis gra- tiæ formam visibilem. Tu tamen de Sacramenti definitio- ne vide, quos citat additio. 1. & 2. ad Abb. in hac rubrica.

8 De Sacramentorum institutione fuerunt olim variæ doctorum opiniones, pòst sacrosanctum tamen Cõcilium Tridentinum dubitare nemini licet. Fuerunt enim, qui ab Apostolis, fuerunt, qui ab Ecclesia instituta fuisse dixerint: Concilium autem sess. 7. de Sacramentis in genere Can. 1.

sic

Sic inquit: si quis dixerit sacramenta nouæ legis non fuisse omnia à Iesu Christo domino nostro instituta, aut esse plu- ra, vel pauciora, quām septem, videlicet Baptismum, Con- firmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vn- ctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquod horum septem non esse verè, & propriè sacramentum, ana- thema sit. Quare autem Christus dominus sacramēta in- stituerit, declarat gloss. in. c. institutio. de consecrat. dist. 2. Antonin. 3. part. titul. 14. cap. 11. §. 4. Hugo lib. 1. de Sacra- mentis pag. 9. cap. 3. relatus à Francisco de Padilha in charta de sacramentis nouæ legis in genere . Et quare septem, idem Antonin. d. loco cap. 1. §. 3. Agitur verò de singulis in eodem Concilio, de Baptismo sess. 7. de Baptis- mo canon. 1. cùm sequentibus, de Confirmatione. d. sess. 7. de Confirmatione cap. 1. cùm sequentibus, de Eucharistia sess. 13. de sanctissimo Eucharistiæ sacramento per multa capit. de Pœnitentia sess. 14. à principio; de Extrema vñctio ne. d. sess. 14. de sacramento Extremæ vñctionis, de Ordine sess. 23. de sacramento Ordinis; de Matrimonio denique sess. 24. de sacramento Matrimonij. Quibus in locis de mi- nistris, de materia, de forma singulorum (constant enim sacramenta elemēto, & verbo; hoc enim ad illud accedē- te fit sacramētum, cap. detrahe. 1. quæst. 1.) securè edoceri poteris. Illudq; generaliter scire debes, vbi cunq; materia, & forma debita concurrerit, licet ministri mali sint, qua- les tamen esse non debent, & à Catholica communione separati, sacramentum tamen confici, Trident. sess. 7. de sa- cramen. in genere can. 12. cap. significatis, cap. dedit, cap. intra, cap. multi cùm multis ibidem. 1. quæst. 1. dummodò tamen prau illi ministri intentionem habeant faciendi, quod facit Ecclesia, hæc enim vel in bonis requiritur, Tri-

M 3. dent.

182 *De sacram. non iterand.*

dent. vbi suprà canone. 11. spiritualis nanq; potestas sine fide exerceri potest, cap. quod quidam. 1. quæst. 1. sine Ecclesiæ tamen intentione non potest, Concil. d. loco.

9 Cùm hæc igitur sacramenta Christus dominus, non Apostoli, non Ecclesia instituerit, non erit abs re quærrere, qua de causa sacramenta Ecclesiæ nuncupentur: sic enim communis nomine à sanctis Patribus, & à Concilijs appellantur, constatq; ex Trident. sess. 7. de sacramen. in proœmio, ibi, de sanctissimis Ecclesiæ sacramentis agere, & passim alibi. Est autem ad huius dubij resolutionem prænotandum Ecclesiam tripliciter Christo domino in quantum homini copulari: primò tanquam corpus ad suum caput, iuxta illud Paul. ad Ephes. 1. ipsum dedit caput suprà omnem Ecclesiam, comprobat D. Thom. 3. part. quæstio. 8. artic. 1. Secundò velut sponsa ad suum sponsum, iuxta illud Cantic. Vna est columba mea, referuntur in cap. loquitur. 24. quæst. 1. Extrauagan. vnam sanctam, de maiorit. postremò velut captiua ad suum Redemptorem iuxta illud Paul. ad Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictū, D. Thom. 3. part. quæstio. 48. artic. 5. Ex qua triplici Ecclesiæ cùm Christo copulatione fit manifestum sacramenta à Christo domino instituta rectè sacramenta Ecclesiæ vocari posse. Quatenus enim Ecclesia est corpus, & Christus caput, quidquid capiti tribuitur, corpori etiam tribui debet: à capite enim omnis virtus in sua membra deriuatur, vt colligitur ex cap. ita dominus. 19. dist. ex D. Thom. 3. part. quæstio. 8. artic. 1. Quatenus verò est sponsa, optima ratione sponsi sui diuitias sibi vendicat, & optima nos etiam ratione Christi sacramenta sacramenta Ecclesiæ appellamus: sunt enim omnia inter sponsos

183 *De sacram. non iteraand.*

sponsos communia, vt docet Aristoteles lib. 8. Ethic. cap. 12. vnde & rationi Iurisconsulti in l. 1. ff. de donatio. inter vir. & vxor. moribus apud nos receptum est, ne inter vi- rum, & vxorem donationes valerent: hoc autem recep- tum est, ne mutuo amore inuicem spoliarentur dona- tionibus non temperantes, sed profusa erga se facilita- te; illa etiam addi potest, quoniam nempe nefas esse putatur non esse omnia inter coniuges communia, quam ex Plutarcho in præceptis connubialibus cap. 20. addu- cit Alciat. lib. 3. disput. cap. 14. & refert Couarr. in rubric. de testam. 2. part. num. 10. Quinimò non inter coniuges solùm, sed inter amicos veros, & probos nihil debet esse proprium, sed omnia communia iuxta prouerbium Græ- corum *παντα ποιη φίλων* relatū ab eodem Aristotele. d. lib. 8. cap. 9. & docet Plato lib. 5. de legibus, & 4. de Rep. & in dialog. de Amicitia, Euripides in Oreste, & in An- dromache, Cicer. 1. officiorum, & 1. de legibus cap. dile- ctissimis. 12. quæstio. 1. & alijs, quos citat more suo Frater Hector Pinto. 2. part. dialogorum in dialogo, *da verda- deira amíssade*, cap. 2. idq; ex Pythagoræ instituto inter eiusdem discipulos vigebat, vt inquit Gell. lib. 1. cap. 9. Quare in vers. illo Cantic. cap. 2. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas, quanuis dici possit pronomen illud, nobis, esse paragogicum, hoc est, acces- sorū, & otiosum, quæ frequens est apud Hebræos loquendi consuetudo, & multos eius linguæ ignaros in errores traxit, vt notat Legionēsis in cap. 1. Cant. fol. mihi. 13. in illo vers. si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, &c. doctiūs tamen opinoris notari per pronomē illud rerū cō munionē, & possessionē vinearū, quæ spōsæ cùm spōso in re sponsaliorū, vel cōiugij cōmunes erant, quo pacto scio

locum istum declarasse dominū illum meum, quē ego, vē de Platone lib. i. de legibus inquit Cicero, admiror, quem omnibus antepono, quem maximē diligo. Copulatur postremō ecclesia Christo tāquām captiua ad suum Redemptorem, & tunc in eo sensu Ecclesiæ sacramenta vocabis, quo res domini res serui vulgò dicuntur. Cūm enim quid quid seruus habeat, sit in potestate domini. l. placet. ff. acquirend. hæred. §. in potestate, instit. his, qui sunt sui, vel alieni iur. non est incongruum, si res illas, quæ domini sunt, serui esse dicamus, quas, dum ipsius serui esse, non serui, sed domini esse dicimus. Quid? si rem hanc subtiliūs expedire libeat, & sacramenta legis nouæ sacramenta Ecclesiæ ad differentiam sacramentorum legis veteris appellari dicamus. Ecclesiæ enim nomen nouæ Ecclesiæ solūm competit, nō veteri, cuius proprium nomen est Synagoga: significat enim Ecclesia cōuocationē, Synagoga verò congregationem, in quo vtriusq; adnotatur differentia: Congregatio enim est pecorum, & bestiarū, cōuocatio autē hominū, atq; ita Iudæi, & quævis alia hominū genera pecoribus conferuntur, Christiani hominibus; quod didici ex Chassan. in cathal. p. 12. confid. 20. vers. secūda ratio est, & ille ex Isidoro. 11. Ethymolog. Non tamen ignoro vtranq; Synagogam nempè, & Ecclesiam, eandem esse in substātia, incepisseq; vt ex Gregorio notat Antoni. 3. tom. in prologo. §. 3. & habetur in libro quodā doctissimi anonymi autoris, qui inscribitur, Quadrinventæ quæstiones, Hispano, ligatoq; sermone composito quæst. 110. & apud Paulum Fuschum Episcopum Sarnēsem in procēmio eius libri, quē de visitatione, & regimine ecclesiārū inscrīpsit, incepisse inquam ab Abel iusto, idq; potius, quām ab Adamo, ne videatur à peccatore originēducere sponsa illa, de qua

qua canit sponsus in Cantic. c. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, ad quæ verba videtur allusisse ea exponens Paul. ad Ephē. 5. Christus dilexit Ecclesiā, & se ipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret mundans eā lauacro. aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugā, neq; aliquid eiusmodi, sed, vt sit sancta, & immaculata. Quæta men verbā & sponsi, & Pauli de Ecclesia nostra visibili loquentis scio non simpliciter, & absolutè intelligenda esse, vt per ea significetur Ecclesiā hanc visibilē, quę adhuc satur in terris, carere omni labore, & macula peccati, sed quatenus hæc ecclesia continet in se multitudinē animarū sanctorum, vel, quatenus cōpletebitur ecclesiā electorū, & prædestinatōrū omnī, quæ latissimē patet, & frequentissima est: vel deniq; quatenus talis proximē futura est, quando apparebimus cūm Christo in gloria, & videbimus Deū, si cuti est: tunc enim tota hæc Ecclesia pulchra, & immaculata, & sancta erit, quo sensu in symbolo fidei Ecclesia Catholica sancta vocatur. Constat autē has interpretationes verissimas esse: aliter nanq; si Ecclesia propriè, & exactè gloriosa, & pulchra, & immaculata esset, quomodo veraciter quotidiē diceremus ex præcepto Christi domini Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra; quo pacto video argumentum fuisse D. Augustin. lib. 1. retract. cap. 19. & lib. 2. cap. 18. & lib. de hæresibus hæresi. 88. & alijs in locis, ipsumq; etiam docet Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum, cui suffragatur Bernard. serm. 25. cūm duobus sequentibus in Cantic. Quanquām nō sumus ignari, ne prætermittamus aliquid dignum dictu, verba illa Cantic. Tota pulchra es, &c. posse ad Virginem matrem per excellentiam referri præsertim iam deificatam, & regnante cūm filio

suo in gloria, quam expositionem iuuabit Ruppertus Abb. in lib. de Gloria Trinitatis, & processu Spiritus sancti cap. 13. & Andraeas Cretensis de dormitione Mariæ, qui Virginē matrem in amatorio illo dramate, Cantorum nempè Cantico, quodammodo depingi, varijsq; in locis adumbrari testificatur. Licet autem Isidorus Ecclesiæ principium ab aduentu Spiritus sancti in discipulos in die Pentecostes deducat, vt ait Antonin. vbi suprà, id non simpliciter, sed quantum ad libertatem gratiæ, & ad diuulgationem eius, & explicitam articulorum fidem, quæ fuerat in veteri testamento implicita, intelligendum est. Quinimò non ab eo die, sed à die passionis à Christi latere, quandò ille emissio iam spiritu perforari lancea sustinuit latus suū, fluxisse dicitur Ecclesia in Clem. 1. de summa Trinit. quod nō est ita intelligendū, quasi a Christi latere fluxerit Ecclesia, quæ anteā nō erat, sed, quæ erat antea in veteri testamēto imperfecta, tūc perfecta fluxerit, formataq; sit, dicens non in substantia, sed in perfectione.

10 Horum igitur Ecclesiæ sacramentorum variae à doctribus assignantur diuisiones, vt videre est per Hostiens. & alios in præsenti: sed illa tamen est receptior, quæ colligitur ex cap. veniens. de transact. vbi gloss. verb. necessaria, quod nempè sacramentorum quædam sunt voluntaria, quædam necessaria; & hęc, vt ordinem retrò agamus, sunt, Baptismus, Confirmatio, Pœnitentia, Eucharistia, Extrema Vnctio, vocanturq; necessaria, quia sine interitu salutis æternæ prætermitti, & contemni non possunt, & ad particularem cuiusque profectum, & utilitatem pertinent: Illa Ordo, & Matrimonium, quæ sunt ad generalis Ecclesiæ subsidium instituta: Quæ sacramenta licet hodiè discreta sint, & qui alterum suscepserit,

perit, alterius sit incapax, quando tamen ad eum statum res deuenerit, vt oporteat aliquos matrimonio iungi, aut ordines suscipere, ordine decorati matrimonio iungentur, & matrimonio iuncti ordine decorabuntur, vt fortassis latius suis locis dicemus. Quanuis autem Theologi sacramenta necessaria solūm duo esse dicant, Baptismum, & Pœnitentiam, supposita tamen Ecclesiæ, vel potius Christi constitutione, negari nequit alia tria, Confirmationem, Eucharistiam, & Extremam Vnctionem necessaria esse. Quin & si latius verbū necessarium interpretari velimus, omnia sacramenta necessaria dicemus. Est enim duplex necessarium vel ratione sui, vel ratione præcepti. Dicitur autem necessarium ratione sui sacramētum illud, cuius effectus est necessarius ad salutē: & ex his necessarijs ratione sui quædā sunt necessaria, quoad cōmunitatē, vt nēpē ab aliquibus, nō à singulis suscipiatur, cuius generis sunt Ordo, & Matrimonium, quæ sacramenta voluntaria suprà diximus; nec enim sine Ordine Pœnitentia, quæ est ex necessarijs ministrari posset, nec sine matrimonio possit numerius electorum debite compleri, sed hæc ita sunt necessaria communī saluti, vt personæ particulari necessaria non sint, nisi ei constaret non posse aliter compleri electorum numerum, tunc enim singuli ad illa suscipienda tenerētur. Hæc de necessarijs ratione sui ad cōmunitatē: sunt autē necessaria ratione sui singulis personis, Baptismus, & Pœnitētia actu, vel voto, quādō appropinquas fatū susceptionē impedit. Reliqua tria, Confirmatio nēpē, Eucharistia, Extrema Vnctio, sunt necessaria ad salutem ratione præcepti, non ratione sui, cūm ad salutem satis sit gratia remoto peccato originali per Baptismum, & actualli per pœnitentiam.

11 Cùm verò tres in homine, & in Ecclesia viæ sint, per quas Catholici ad cœlestē patriam aditum sibi aperi- re debent, ingressus, progressus, & egressus; habemus, ex necessarijs ad ingressum Baptismum, ad progressum Confirmationem, Pœnitentiam, Eucharistiam, ad egres- sum extremam Vnctionem, ut nullo non tempore duces nobis sint, quorū auxilio possimus paratas nobis ab hoste infidias euitare.

12 Ex his sacramentis ita diuisis quædam characterem imprimunt, quædam non imprimunt: imprimitur chara- cter in his tribus; Baptismo, Confirmatione, & Ordine; Trident. sess. 7. de sacram. in genere canon. 9. D. Thom. 3. part. quæst. 63. artic. 1. & 4. & quæst. 29. artic. 2. ex quo charactere à tota Trinitate impresso, Thom. d. 3. part. d. quæst. 63. artic. 3. & in. 4. distinct. 4. quæstio. 1. artic. 4. fit, ut hæc sacramenta iterari non possint, Concil. d. loco. Reliqua vero, quæ characterem non imprimunt, ire- rari possunt, Eucharistia, Pœnitentia, Matrimonium, Ex- trema vñctio.

13 Est autem character signum quoddam indeleibile in anima impressum, sic enim illud definit Concil. vbi su- præ. Quapropter necesse non est recurrere ad Antonin. d. 3. part. tit. 14. cap. 11. §. 6. vbi, quid sit character, &, vbi imprimatur; &, quos effectus producat, luculententer ex- ponit, quod facit etiam Abb. in hac Rubrica. numero. 2. Thom. in. 4. distinctio. 4. articulo. 1. quæstio. 1. &. 3. part. quæstio. 62. artic. 2. &. 4. optimus text. in cap. cùm quidā. 1. quæst. 1.

14 Illud tamen non est omittendum in sacramentis, vñ character non imprimitur, imprimi ornatum, qui longè est à charactere diuersus, ut quidam volunt: Est enim character

character potentia supernaturaliter infusa, quæ est princi- piū agendi, vel patiendi spiritualia, ornatus autem nec est potentia, nec habitus, sed dispositio non ad agendum, sed ad recipiendum, suntq; aliæ multæ inter utræque dif- ferentie, quas videre est per Antonin. d. loco, si tamen vera sit hæc de ornatu opinio.

15 Ex his aperte constat, quid sibi velit Rubrica nostra, quæ de Sacramentis non iterandis inscribitur. Est enim ita exponenda, id est, de Sacramentis, quæ non sunt iteranda, & hæc sunt illa tria, Baptismus, Ordo, Confirmatio, quæ continentur hoc versiculo,

Fons, Ordo, Chrima, nam cetera sunt iteranda.

Hæc de Sacramentis in genere dixisse sufficiat: de singulis fortassis latius, prout suo loco occurrerit, aliquando dice- mus: persequamur modò nauigationem nostram; video enim portum procùl abesse, quo utinam velis passis per- uehi liceat: quod si assequor, supero, ut inquit Cicero, Cras sum diuitijs, atq; omnium vicos, & prata contemno.

F A D R V B R I C A M de filijs Presbyterorum Ordin- nandis, vel non.



Ost tractatum de Ordinandis, & præficiendis, de quo in superioribus Rubricis, consequens erat agere de illis, qui ordinari, & præfici non possunt: si enim cognouerimus, quæ iste perso- nae sunt, simul etiam &, qui ordinari, & præfici posse, intel ligemus iuxta Imperatoris consilium instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. in principio. Inter hos autem cùm filij pref-

presbyterorum obtineant primum locum, de illis primò agitur in hac rubrica, agetur de reliquis in sequentibus.

2 Huius Rubricæ tractatus in duas partes scindi potest: prima sit, an presbyterorum filij, & alij ex fornicatione nati ordinari possint; secunda, an possint habere ecclesias, quas parentes administrarunt. Ad primam partem pertinet cap. i.c. proposuit.c.ad hæc.c.literas.c. vlt. Ad secundam.c.2.c.3.c.4.c.veniens.c.ex transmissa. c. cōstitutus.c. ex tua.c.quoniam.c.ad extirpandas.c.Michaél.c. cūm decorem.c.ad abolendam.c.dilectus.

3 Et, vt à prima parte incipiamus, sciendum est illegitimos nec posse ordines suscipere, nec post susceptos beneficia absq; dispensatione legitima obtinere: de primo habemus. c.1.huius tit.cuius hæc sunt verba: Ut filij presbyterorum, & alij ex fornicatione nati ad sacros ordines nō promoueantur: de vltimo.c.vltim. cuius hæc etiam sunt verba: Nimis in tua prouincia Ecclesiæ deformatur honestas ex eo, quod filij sacerdotum, & alij non legitimè nati ad dignitates, & personatus, & alia beneficia curam animarum habentia sine disp̄satione Sedis Apostolicæ promouentur,&c.Hæc tamen duo capita de sacris ordinibus, & de dignitatibus, & personatibus, & alijs beneficijs curam animarum habentibus solùm agunt, in vtrifq; enim Summi Pontificis dispensatione opus est: ad minores autem, & ad beneficium simplex necessaria est dispensatio pontificis, sed non summi.c.1.hoc tit.lib.6. Et hanc quidē illegitimorum ab Ecclesia prohibitionem putat Tiraquel. de Nobilitat.c.14.num.16. ortum habuisse à legibus Moysiacis, quibus prohibebatur manser, hoc est de scorto natu, ingredi in Ecclesiam Domini, vñsq; ad decimam generationem, Deuteronom. 23. Ex quibus fortassis Plato,

(quis

¶ quis enim nescit Platonem leges illas odoratum) lib. 6. de legibus sacerdotem creari iubet, qui integer sit, ac legimus, deinde à domo quam maximè mūda, expers quoq; cædis, omniumq; huiusmodi, quæ aduersus diuinam rem committuntur, & cuius pater, & mater similiter vixerint, quæ Platoni verba refert Didacus Velasques in defensio ne statuti Toletani.c.24.&.34.

4 Maturè tamen peruestigari oportet, quænam sit illa ratio, ob quam illegitimi ab altaris ministerio repelluntur: licet enim parentes impij, & scelerati fuerint, id tamen quid ad filios, qui paterni criminis non constituuntur successores. l.crimen. 26. ff. de poen. imò, vnde cunq; nati sint, si parētum yitijs non adhæserint, honesti, & salvi esse pos sunt.c.vndecunq; cūm multis sequentibus. 56. dist. Sæpè autem, vt inquit Homerus,

Egregia est soboles scelerato nata parente.

Vnde & pericles, vt vtar Plutarchi verbis de sera numinis vindicta, Athenis in scelestā natus est domo, & Romæ Pōpeius Magnus Strabonis fuit filius, quem vita funetur pop. Romanus ob infensem odium pedibus conculcauit, insepultumq; proiecit. Sic & Plato post initium lib. 9. de legibus filijs eorum, qui ob scelera mortem passuri sunt, si mores paternos fugerint, quia nati ex malis fortiter virtutem sequuti sunt, honorem exhiberi iubet, & laudem. Quin & doctissimus Innocētius in cap. ad decorem. de institut. viros literatos, & idoneos, vndecunq; originē duxerint, ecclesijs præponi iubet. Quo in loco. glo. verb. vnde cunq; nihil referre ait, quo sit quisq; oriūdus, vel quibus natus parētibus. Quæ iura cūm multis alijs legi in quodā bello manu scripto oblato Catholicæ Philippi Régis māiestati in Comitijs habitis Nabātijs, quod vulgò oppidum

Lusitani

Lusitani vocant Thomar, ab illis, qui sunt ex veteri Iudæorum sanguine propagati, quo se illi tuebantur aduersus turbulentos, sibiq; diu infestos vrbis Vlyssiponensis tribunos plebis, nè à publicis Reip. officijs, & Magistratis arcerentur, quemadmodum fuerat olim à sanctissimo Lusitanæ Rege Ioanne. III. in Comitijs habitis apud Turres Nouas, & Eboram constitutum (extat enim de capitulis in vtrisq; Comitijs Regi à populo oblatis, & de Regis responsis liber Vlyssipone typis editus, qui inscribitur, *Capitulos de Cortes, e leys, que se sobre algüs delles fiserão;* quem & legi, & locum notaui in responsō ad capitulo 123) quod idem in regno Castellæ cautum scio in l. 6. tit. 24. part. 7. non obstante c. constituit. 17. quæst. 4. recte intellecto à Montaluo in l. 2. tit. 3. lib. 4. fori, refert Couar. in Clem. si furiosus. 1. part. §. 2. num. 7. & num. 8. vers. quinta conclusio.

Adde, quòd, si quis historias consulere velit, inueniet multos vulgo natos ad summū & in Ecclesia, & extrā illā, dignitatis gradum peruenisse, cui plurimi ex legitimis virtutē sanctitate, & animi fortitudine, virtutibusq; cesserunt. Quia in re quoniā spatiari non est opus, & multa congesit more suo Tiraquel. de Nobilitate. c. 15. à num. 30. per stringitq; aliqua Vallasc. 1. tom. consultationum consult. 17. num. vlt. de Summis Pontificibus sacerdotum filijs habetur inter decreta. c. Osius. 5. 6. dist. Idq; cùm veteres Imperatores, & Iurisconsulti non ignorarent, leges ediderūt, quibus spurijs non fecūs, ac legitimos, ad dignitates, & munera Reip. admittebant, male tamen seruatas à Venetis ex his, quæ Fulgos. consil. 62. quod videre est in l. spurijs. ff. Decurion. spurijs, inquit, Decuriones fūt, & ideo fieri potest ex incesto quoq; natus, non enim impedienda

est

est dignitas eius, qui nihil admisit. l. generaliter. §. spurijs, ff. eodem: spurijs, inquit, posse in ordinem allegi nulla dubitatio est: sed, si habent competitorem legitimè qualitatem, præferri eum oportere diui fratres Lolliano aucto rescriperunt: Qui sint autem diui illi fratres, quorum tunc ibi, sàpè fit mentio in ff. declarat optimè Ræuard. libro. 3. var. c. 10. vbi de nominibus Antoninorum, & veris eorum differentijs eruditè agit, vbiq; etiam videbis, qui sint illi. Seuerus, & Antoninus, quos ait Iurisconsultus in d. §. spurijs eis, qui Iudaicam superstitionē sequuntur, honores adipisci permisissè. Per Iudaicam autem superstitionem (ne minem enim hoc latere volo) Christianam religionem multi intelligunt, vt videre est per Cou. vbi proximè; qui vltra autores illos, quos citat, & testimonia, quibus nituntur, iuvari maxime possunt ex quibusdam Rutilij Claudij Galli carminibus lib. 1. Itinerarij, qui, cùm ritus quosdam Iudaicos de Circuncisione, & Sabbato descripsisset, determinatusq; esset, ita subiicit:

Atq; vtinam nunquam Iudea excisa fuisset

Pompei bellis, imperioq; Tiri:

Latiū excise pestis contagia serpent,

Victoresq; suos natio victa premit.

Hæc enim carmina de Christianis intelligenda planè arbitror, quos Aëtnici cum Iudæis permiscebant, imò Iudæos putabant, & quorum sacra religio Rutilij tempore firmas per totum dispersa orbem radices agebat symbolum illud iure sibi vendicans, quo vsus est vir doctissimus tempestatis nostræ, Arborem nempe securi excisam nouos ramos, nouaq; brachia emittentem cum literis illis, Ab ipso ferro. Ut enim ex Tertulliani Apologético refert eloquentissimus, & eruditissimus Petrus de Ribadeneira in historia

N eccl-

ecclesiastica scismatis regni Britannici martyrum nō strorum sanguis fœcundissimum semen erat, vnoq[ue] extinto innumerū pullulabant. Et in tribulatione quidem, vt inquit accerrimus ille ecclesiasticæ libertatis vindicta Thomas in epistola Apologetica ad episcopos Angliae, & sanguinis effusione consuevit Ecclesia crescere, & multiplicari. Quod idem ex Hieronymo recitat idem Ribadeneira lib. 5. de vita Ignatij de Loiola, ingeniorum, virtutumque feracis Societatis Iesu fundatoris. Nec mirum: vt enim inquit Basilius in homil. in 40. martyres (vt & nostris aliquando Græca intermisceamus, qui Græcis, cūm hæc scribimus, successiuis horis incumbimus) τετο γαρ ἐστι μαρτυροῦ ἐγκάμιον οὐ τρόπος αἱρετῶν παρεύλησις τῶν συνειλεγμένων. id est, hoc est enim proprium martyrum encomium coelestorum ad virtutem cohortatio. Et clarius statim, dūm subiungit: Τὸς πεντεκότας ἡγεμόνης τὸς ἀμφιβολεῖς ἐβεβαιώθαντο τοῖς εὐβεβεστοῖς τῶν ἐπιθυμιαῖς ἐδιπλασιαῖς, id est, lapsos erexerunt, dubios confirmarunt, pijs cupiditatem, seu desiderium duplicarunt. Facit pro hac sententia locus, qui est apud Arriani Epictetum lib. 2. cap. 9. & lib. 4. cap. 7. vbi etiam vocabulo Iudæi, & Galilæi vtitur pro vocaculo Christiani. Nam, vt autor est D. Hieronymus in Galat. cap. 6. quicunque olim circumcisus erat, licet in Christum crederet, quasi Iudæus habebatur à gentibus. Et Julianus imperator Apostata per contemptum Christianos Galilæos appellare fuit solitus, vt testatur etiam D. Gregor. Nazianzenus orat. 1. in Julian. Sed de his aliâs. Nescio enim, quo pacto ab eo, quod erat à me propositum, aberrauit oratio.

6. Hæc sunt, quæ pro illegitimorum causa dici possunt: Ecclesia tamen catholica, quam oportet selectissimos ad diuinum

diuinum cultum adhibere ministros, cūm eos non solum à malo, sed ab omni mali suspicione remotissimos esse velit, capit. cūm ab omni, de vita, & honestat. clericorum filios cum turpitudine genitos ad sacerdotium, & beneficia ecclesiastica admittere non voluit, à quibus paterna incontinentia modibus omnibus est propellenda, vt ait Clem. in cap. literas, infrā eodem. Solent enim filij plerunque parentibus similes esse, vt latè probat Chassan. in Cathal. 2. part. considerat. 24. & part. 11. considerat. 25. præclarè enim Ouidius,

Et documenta damus, qua simus origine nati:

Præclarè etiam Seneca, qui Oedipum de liberoru[m] iniquitate ita loquentem introducit in Thebaide:

*Illi parentis ullus, aut equi est amor,
Auidis cruxoris, imperij, armorum, dolis,
Diris, scelestis, breuiter vt dicam, meis.*

Cui præsumptioni adeò veteres detulerunt, vt filios committentium crimen lœsa maiestatis vita priuandos censerent ob hoc solum, quod sceleratorum filij essent: L. quisquis. C. ad legem Iul. maiestat. in. §. filij verò, ibi, vitam ex imperatoria specialiter lenitate concedimus, paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterna, hoc est, hæreditarij criminis exempla mezuuntur, refertur in capit. si quis. 6. quæst. 1. in capit. vergentis, de hæret. Qua de re extant in historijs exempla multa. Ut enim patet ex Quinto Curt. lib. 2. lege cautum inter Macedones erat, vt filij eorū, qui regibus struerent, pararentq[ue] insidias, cūm nocentibus innocētes supplicio dederētur, quod idem in Africa obseruabatur ex Iustino lib. 21. Idque apud Romanos frequens erat: qui, cūm

Maximini imperatoris filium occiderent, passim illud exclamabant, ex pessimo genere necatulum quidem relinquentum, quod refert Sextus Aurelius, & Petrus Mexias in Maximino. Quod si quis ab illis quæsisset,

Quid liberi meruere,

Respondissent, quod Atreus Thyesti.

Quod fuerant tui.

Huc enim respicit plena illa odij detestatio Euandri regis in Mezentium 8. Aeneid.

Dij capiti ipsius, generiq; reservuent.

Non ignoro tamen, quām sit difficilis illius legis explicatio. Cūm sit enim lege naturali prohibitū insontem, & innocentem occidi iuxta illud Exod.c.23. Iustū, & innocentem non occides, mirū est, quī fieri potuit, vt imperatores existimat posse se liberis innocentibus ob solum parentis scelus vitam adimere. Licet enim eos infamia notare, & bonis iustissimè priuare possint, vt latè probat Cou.lib.2. resolut.c.8. vita tamen non possunt, vt confirmat idē Cou. ex suo, & multorū testimonio.d.loco num.1.vers. tertia. Vnde Bion apud Plutarchum absurdum esse aiebat innocentem filium ob delictum patris plectere, ac si ob paternum morbum filio bona valetudine videnti medicinam præscriberet. Omne enim facinus autores suos insequitur, l.Sancimus.C.de pœn.l.Crimen.ff.eod. Quæ sententia refertur à Cassiodoro var. lib.2.cap. 11. quæ est Theodorici regis, vbi sic ait: omne facinus autores solos insequitur, horror matris transit ad filios, & nouo infelicitatis euenuit dedecus proprium scelus alienum. &c. Quod cūm doctores expendissent, varias ad illum text.interpretationes accommodant. Ex quibus alij audaciūs, quām iurisperitos debet, imperatoriam sententiam iniquā, & sanguinolentam

Ientam esse dicunt, inter quos est Cou. vbi suprà Castr. lib.1.de iusta hæret.punit. cap.11. Alij rēm altiūs repentes lenitatem illam imperatoriam ad eam, qua vſus est Alexander Magnus, dūm sustulit mores Macedonum infantes proditorū filios occidentium, trahere conantur, inter quos est Bud. ad.l.1. ff. ad.l. Iul. maiest. Symanchas de Catholic. proposit. titul.29. num.6. Ego tamen dixerim imperatores illos maximam illo tempore misericordiam exercuisse, qua nulla alia re homines propriū ad Deūm accedunt, iuxta orationem illam, Deus, cui propriū est misereri semper, & parcere, vt habetur in oratione, quam habuit in antiquissimo Situbalis oppido, vndē mihi origo est, ad regem Ioannem III. Enriquus de Meneses Comitis prioris filius pro Odoardo prorege olim Indiæ fratre suo. Cūm enim eo tempore ius putaretur proditorum filios nec tradi, & ita moris esset vbique terrarum, nec omnibus sit expeditum innocētem ex causa occidi malum esse, cūm & ex iurisperitis id iure posse fieri multi tradant, vt videre est per glof. in Summa. 1. quæst.4. in Summa. 24. quæst. 3. Monach. in cap.1. num.7. de vſur.in.6. Enriq.in cap. quibusdam, num.6. de pœn. per Baldi afferentem id statuto caueri, & per tolerantiam servari posse in l. Sancimus num.1.C. de pœn. per glof. vlt. affirmantem posse id consuetudine induci in cap. cūm homo.23. quæst. 5. singularem secundum Roman.Sing. 128. excusari poterant legislatores, qui liberos innocentes iuberent damnari capite, præsertim cūm & consuetudinis, & ignoratiæ scuto se tueri possent. & hæc in iure naturali obscurissimo, quale erat illud; probabilis dari possit excusans à peccato, Ledesma in.2.4. quæst.67.artic. 2. col.2. Couar. de sponsal.2.part.capit.7.§.3.num.2. Tiraq.

ad leges connubiales. l. 7. num. 20. Sot. lib. 1. de iust. quæst. 4. artic. 4. Nauar. in cap. 1. §. tanto num. 7. de pœnit. dist. 5. & illa, si vbique obseruetur, qualis erat hæc, excuset à culpa, & pœna, licet in se sit irrationabilis, Bart. per text. ibi in. 1. quis sit fugitiuus. 17. vers. apud Labeonem. ff. ædil. edict. probatus à multis, quos refert Tiraquel. de pœn. causa. 42. num. 8. Quæ omnia si benè considerasset frater Franciscus de Christo vir & doctissimus, & mihi mea, & paterna amicitia coniunctissimus, nequaquam diceret errore lapsos esse Arcadium, & Honorium in suis in. 3. sent. commentarijs distinct. 23. 24. 25. de hæresi quæst. 7. in 4. conclus.

7 Adde, quod & Deus opt. max. ob parentum scelera innocentes filios sæpè punire solet, vt constat ex illo Exod. cap. 20. relato in cap. nisi cùm pridèm, de renunt. Ego sum Deus Zelotes vindicans peccata patrum in filios usque ad tertiam, & quartam generationem, quan- uis aliter explicet illum locum D. August. in cap. Homini 1. quæst. 4. cuius expositio iuuari potest ex his, quæ scribit Philo lib. 2. legis allegoriarum explicans illa verba diuini eloquij; Nonne eccé collecta sunt hæc apud me, & ob signata in thesauris in die vltionis &c. Sic lib. 2. Reg: cap. 12. infans, qui est ex illicito viuæ coitu prognatus, ob patris Dauidis scelus è vita est ereptus: sic multa talia refert Couar. vbi suprà num. 1. vers. secunda. Quare autem plectantur posteri ex maiorum delictis vltrà Plutarchum de Sera numinis vindicta vide ratione Platonica caput elegans apud Cæl. lib. 3. capit. 27. & 28. cui addenda sunt ea, quæ graui sermone trædit Lusitanus Luius, deliciae meæ, Ioannes de Barros, à cuius ego libris, quibus me

puer

puer multum dedi, discedebam lassatus quidem semper, sed satiatus nunquam, lib. 4. cap. 4. secundæ decadis partis Asiae de Nixirauhon Persarum rege antiquissime, & quæ nouissimè, atque argutissimè scribit Iustus Lipsius lib. 2. de Constantia cap. 16.

*Quod si hæc in omnibus illegitimis feruanda sunt,
estque semper timendum,*

*Alterne scelerum né redeant vices,
Nec succedat auo deterior nepos,*

Maiori quidem iure in filijs presbyterorum, de quibus inscribitur hæc rubrica, obseruari debent. Illi enim, cùm se Deo castos exhibere debuerint ob eam, quam implicitè in sacrorum ordinum susceptione continentiam volunt, vbi in ea deficiunt, in tamen nefarium scelus ruunt, vt nihil boni præsumi possit nec de illis parentibus, nec de illorum parentum filijs. Quemadmodum enim de monachis ait August. se nunquam expertum meliores, quam, qui in monasterio profecerunt, nunquam detiores, quam, qui in monasterio defecerunt, capit. quantumlibet. 47. distinct. Titelmanus in præfatione commentar. in Ecclesiasten, ita & idem de presbyteris dici potuisset, nullos meliores, quam, qui in sacerdotio profecerunt, nullos detiores, quam, qui defecerunt; Ut mihi illud Plutarchi in vita Dionis de civitate Athenarum in hos cadere videatur: sed id, inquit, verè dictum extitisse videtur excellentissimos virtute eos esse viros, quos bonos ciuitas illa protulerit, quos autem malitia depravatos, eos quam scellestissimos, quemadmodum eorum tellus & mel optimum,

N. 4. & oxy-

& ocyssimum necatu conium parturit. Quoniam vero ex incontinentibus peccatis nostris, vitijque reperiuntur tam mulii,

Interq; nitentia culta.

Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ,

Verè dictum est à Ioanne Chrysostomo homil. 43. ad cap. 23. Matth. refertur in cap. multi. 40. distinct, multos esse sacerdotes, & paucos sacerdotes, multos in nomine, & paucos in opere; ad quæ verba adiungenda est egregia Platonis sententia relata à Cæl. lib. 4. cap. 13. Quò etiam trahi potest illud Diogenis relatum à Philone in libro de Gigantibus, tacito tamen eius nomine, hæc, inquit ille, vox homo iterata significat non compositum ex anima, & corpore, sed virtutibus prædictum hominem. Nam hic est ille verus, quem ex priscis quidam accensa meridiè lucerna percontantibus obuijs hominem aiēbat se querere. Sic ille. Quod vero inquit Chrysostomus, non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram, tractum est ex antiquo proverbio citato ab eodem Cæl. lib. 3. cap. 12. cuius egregia exempla adnotauit ex Plutarchi politicis de Epaminonda: ex apophrægm. de Damonida, & Agesilaō, & de quo citat aliqua Tiraquel. de nobilit. cap. 7. num. 9. & sequenti, & cap. 12. num. vlt. Nemo autem reprehendat me, si iuris nostri autoritates humanioribus literis aliquando exornem: didici enim à Domino meo nullum ab studio homine librum legendum esse, quem non ad artem professionis suæ accommodet: se enim nihil legere (nihil autem non legit) quod non ad sacrarum literarum explanationem pertrahat, & ita ex profanis autoribus multa decerpit, quæ ad Sacros explicandos ita faciunt, ut videantur sine illis perfectè istorum sensus penetrari

non

non potuisse. Et hoc quidem, nè solā domini mei autoritate nisi videar, quanquam & illa quidem satis, faciunt, ac præcipiunt faciendum sancti Patres, & veteres Theologî tam Græci, quam etiam Latini, vt videre est apud diuum Augustinum lib. 2. doctrinæ Christianæ, cap. 40. & aliâs. & diuum Hieronymum epistol. ad Damasum Pontificem, cuius initium est, Beatitudinis tuæ &c. & item epistol. ad Magnum, & epistol. ad Pammachium, & aliâs sæpè: Et Tertul. lib. Apologeticō fin. & Euseb. lib. 6. Ecclesiasticæ historiæ cap. 15. ex Origine, & Basil. Hexam. homil. 5. & Chrysostom. homil. 65. in Ioann. capit. 12. & Gregor. Nazianzen. orat. in laudem Basilij pag. 163. & Philo Iudæus lib. de congrua querenda eruditione tom. 1. pag. 368. & aliâs, vt omittam alios. Cùr ergo & in iure nostro hòc facere nobis non liceat, præsertim, cùm tam multa in illo sint arida, & iejuna, vt, nisi bonis literis, tanquam esca hamus, obregantur, à delicatis stomachis vorari nequeant. Quam scribendi rationem si multi sint, qui non probent: certè probabunt illi, qui lectionem sine delectatione negligunt, vt de se lib. 2. Tusculan. scribit Cicero.

8. Hæ sunt itaque causæ, ob quas illegitimi ab Ecclesia remouentur, quibus addere potes alias, quas hic enumerat Hostiens. s. quæ est causa prohibitionis, Abbas in capit. 3. hoc titulo, in fin. vbi Additio vltima, & multi alij. Quæ si cessare videbuntur, nec timeatur, ne longum nefas eat in nepotes, ad Romanum Pontificem decurretur, qui causa cognita, & explorata vinculum legis relaxabit. Sic enim intelligendus est textus in cap. literas, infra hoc titulo, ibi, si tamen aliâs dignus inuentus fuerit, & ibi, permittimus. Verbum enim permittimus

N 5 idem

idem est, ac dispensamus, quo sensu accipitur hoc verbum Matth. 19. ibi, Moyses ad duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Licet enim sint multi, qui repudium in lege veteri non licitum, sed cum peccato permisum fuisse dicant, inter quos est Alexand. de Hales. 3. part. quæst. 46. membro. 2. artic. 1. Tiraquel, qui multos refert. l. 9. connubiali num. 5. & multi alij, verior est tamen opinio nullum in illis repudijs peccatum interuenisse: quanvis enim permisso facta sit propter duritiem, vt ait Christus Dominus ubi suprà, facta tamen culpam abstulit, & sic non permisso, sed dispensatio fuit, & pro dispensatione verbum permissionis accipiendum est in dict. Euangeli loco; declarat optimè Chrisostomus in dict. cap. 19. Abulensis ibidem quæst. 49. Durand. Scot. Mai. & Almain. in 4. distinct. 33. quæst. 2. afferit esse communem Ledesm. 2. 4. quæst. 69. artic. 7. Illephon. 1. part. artic. 10. Couar. 2. part. de sponsal. cap. 7. §. 4. numer. 4. Et hanc quidem opinionem sequutus est in titulo de Sacramento matrimonij charissimus præceptor meus Cristopharus Ioannes futurus mihi laudum argumentum ingens, ni eas culpa, vt inquit Horatius, deterere ingenii pertimescerem. Nam, qui me iuuenem in ipfa aula maxima coram doctoribus amplissimis, concioneque grauissima quatuor ferè abhinc annis, cum adhuc essemus minorum gentium dij, in Bacchalaureatus examine patroni officio fungens ex loco edito, atque excelso sacerdos, præceptor, senex stupendum literarum miraculum vocare non erubuit, eum ego ingenitem fama, ingentiores literis, quo vocem nomine, non inuenio. Idem ipse, qui non in commentarijs, non in asteriscis, non in libris, sed in memoria, sed in mente,

scđ

Ted in se ipso omnem iuris utriusque disciplinam conditam habet, se ipsum laudet: nobis satis sit Virgiliano certe versu testari, quod ad iuris prudentiam nobilitandam

*Ostendent terris hunc tantum fata, neq; ultra
esse finent.*

Quam distet autem à dispensatione permisso ex his, quæ de permissione diximus in 1. part. in rubrica de Summa Trinitate, numer. 3. & ex his, quæ modò de dispensatione dicemus, constabit apertissimè. Coëgit enim me breuitatis studium mathematicos sequi, non philosophos. Nam Geometræ, utar Ciceronis verbis lib. 5. Tusculan. cum aliquid docere volunt, siquid ad eam rem pertinet eorum, quæ ante docuerunt, id sumunt pro concesso, & probato; illud modò explicant, de quo antè nihil scriptum est: philosophi, quancunque rem habent in manibus, in eam, quæ conueniunt, congerunt omnia, & si alio loco disputata sunt. Est igitur dispensatio iusta distributio communis præcepti inter subditos iuxta cuiusque necessitatem. Per commune præcepit legem intelligimus iuxta l. 1. ff. de legibus, quæ, licet pluribus conuenire debeat. l. Nam ad ea. ff. de legibus, non potest tamen conuenire omnibus. l. neque, eodem titulo. Vnde oportet, vt aliquando alij totam legem obseruent, alij partem, alij nihil; isque, qui superior est, pro cuiusque necessitate legis vinculum subdito distribuat, vt colligatur ex Bernardo libro. 4. de considerat. capit. 4. in fin. dispensatio, inquit, si necessitas adsit, excusabilis est, si utilitas, laudabilis. Quocirca superior, si necessarium, & utile fuerit, dispensare debet, peccatum, ni fecerit, commissurus, vt probat textus in capit. quanto in fine,

2. quæst.

2. quæst. 5. Antonin. 1. part. titul. 17. cap. vltim. §. 20. Quæ de re sunt verba quædam apud Tridentinum scripta diuinis session. 25. de reformat. capit. 18. sicuti, inquit, publicè expedit legis vinculum quandoquæ relaxare, ut pleniùs emergentibus cassibus, & necessitatibus pro communi utilitate satisfiat; sic frequentiùs legem soluere, exemploque potius, quam certo personarum, rerumque delectu potentibus indulgere nihil aliud est, quam vni- cique ad lèges transgrediendas aditum aperire, Quapropter sciant vniuersi sacratissimos canones exactè ab omnibus, &, quoad eius fieri potest, indistinctè obseruandos. Quod si vrgens, iustaque ratio, & maior quandoquæ utilitas postulauerint cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, ac summa maturitate, atque gratis à quibusunque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur. Hactenus Concilium. Quæ verba idcirco hoc in loco sunt à me descripta, vt ex illis tria, quæ sunt in dispensatione necessaria, colligamus: Nempe vt dispensatio sit relaxatio legis obligantis in casu particulari, ibi, cum aliquibus dispensandum esse: Secundo, vt fiat ab habente potestatem, ibi, ad quos dispensatio pertinebit; tertio, vt ex iusta causa, ibi, quod si vrgens, iustaque ratio &c. dispensatio enim, quæ ex iusta causa non fit, non dispensatio, sed dissipatio dicenda est, Archidiaconus in capit. consequens, distinet. 2. Ioannes Andreas in capit. de multa, colum. 5. de præbend. Molin. plures ci- tans de primogen. lib. 2. capit. 7. numer. 32. Nostra au- tem dispensationis definitio eadem penè est cum defi- nitione glos. in capit. Requiritis, versic. nisi rigor verb. vt plærisque, prima quæst. septima, receptæ ab omnibus

ibi

ibi, commendata per Beroum in cap. de causis, num. 77. de offic. deleg. Ias. in. l. beneficium, num. 30. ff. de constitut. princip. Syluest. verb. dispensatio in principio, Durand. in. l. senten. dist. 47. quæst. 4. Couar. 2. part. de sponsal. cap. 6. §. 9. num. 2. Nauar. in Man. prælud. 9. num. 13. Specul. 2. part. artic. 27. Segura in suo directorio. 2. part. cap. 16. num. 17. Vt nempè dispensatio sit iuris communis relaxatio fa-cta cum causæ cognitione ab eo, qui usus habet dispensandi. Eadem etiam penè est cum definitione Hostiens. cuius meminit Antonin. vbi suprà, vt scilicet sit iuris alleuiatio facta cum causæ cognitione ab eo, qui potest; Nos enim constituimus definitionem verbis illis ad naturam verbi dispensandi propriis accedentes: dispensare enim propriè significat distribuere rem communem in singulos secun- dūm cuiusque necessitatem; vnde dispensatores propriè dicuntur, quibus spiritualia, aut temporalia inter singulos diuidenda committuntur, vt probatur apud Paul. 1. ad Corinthis. cap. 4. Iuuat. l. dispensatori. 52. ff. de solut. l. urbana. 166. vbi Alciat. ff. de verbis. signific. docet D. Thom. 1. 2. quæst. 97. artic. 4. &. 2. 2. quæst. 88. art. 10. Antonin. 2. part. artic. 11. cap. 2. §. 6. Syluest. verbo dispensatio, quæst. 1. Sot. de iustit. libro. 1. quæst. 8. artic. vlt. Ræuardus lib. 5. varior. cap. vlt. qui, dūm de seruo dispensatore loquitur, quem in- ter ordinarium enumerat, eius officium fuisse inquit ser- uis reliquis vistata quædam per canonem certum stipen- dia, certosque frumenti modios in mensē præstare, id- que & iurisconsultorum, & bonorum autorum testimo- nijs.

9. Hæc tamen dispensatio, de qua satis, superque dictum est, quæque in illegitimis ordines recipere volentibus ne- cessaria est, in eisdem illegitimis monasticam vitam pro- fitentibus

fidentibus de iure communi non requiritur : dicemus enim;

Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recusat.

Per ipsum enim religionis ingressum ab illa irregulatate liberantur, capit. 1. hoc titulo. dummodò subsequta professione monachi fiant, Palud. in. 4. distin. 41. quæst. 3. colum. 3. quod non est religionis fauori concedendum, sed ea de causa existimandum procedere, quod is, qui se religioni tradit, longè à se omnem paternæ incontinentiæ suspicionem repellit : per hoc tamen ad prælationem non admittentur, sed noua Pontificis dispensatione opus erit, ut colligitur ex dict. capit. 1. & ibi fatentur omnes : idque ex dictione, nullatenus, iuxta glos. verb. nullo modo in Clem. 2. de ætate, & qualitate. Verbum enim, nullo modo, verbum, perpetuò, verbum, nullatenus, tollunt actualiter episcopi dispensationem, ut probat glos. verb. perpetuò in cap. cupientes, de elect. in. 6. quam reputat singularem Card. in Clem. 2. de vita, & honest. cleric. sequitur Felin. in capit. atsi. §. de adulterijs num. 4. de iudic. idem Felin. in capit. ex parte, num. 6. de constitut. in capit. insinuatum in fine de simon. licet glos. in Clem. 1. verb. nullatenus, de sequestrat. posse. de verbo nullatenus contrariū voluerit, de quo videndus Felin. vbi suprà. Sed hæc de iure antiquo. Nouissimè tamen sanctissimus Pontifex Sixtus V. Motu proprio edito Romæ 26. die Nouembri anno 1587. decreuit, ut ne-
mo ex incestu, sacrilegionē natus, cuius parentes consanguinitate, vel affinitate usque ad gradum tertium coniuncti essent, alteruè ex eis castitatis votum emisisset, quanvis imperiali, vel alio quovis rescripto legitimatus esset, ad religionem ullo pacto admitteretur, solùmque conuersi,

conuersi, vel famuli habitum recipere posset aditu omnino illi ad religiosorum habitum, & professionem præcluso: Reliqui verò illegitimi, qui ex incestu, sacrilegio-
ne non essent nati, ita demum religiosi esse possent, si prius de vita, genere, actionibusque suis in disquisitionem vocati testibus fide dignis bonam indolem, virtutis specimen, & religionis ardorem comprobarent, atque ita in generali, prouincialiè concilio concordi genera-
lis, aut prouincialis, definitorumque consensu reciperen-
tur. De qua constitutione cùm dubia quædam insurgerent,
ea ad instantiam procuratoris generalis ordinis prædicatorum die 5. mensis Julij anno 1588. viuæ vocis oraculo summus Pontifex declarauit, sicuti in literis illustrissimi Cardinalis Caraffæ ea de re emissis continetur, idque post alias declarationes, quæ prius emanauerant, eā præsertim, quæ data fuit Romæ anno 1588. XII. Kalend. Nouembri.
10. Intempestiuè autem Pontif. noster in dicto cap. 1. cùm filiis presbyterorum seruos coniunxit, de quibus specialiter in sequenti rubrica agitur. Quod ideò ferta-
sè fecit, ut Concilij verba, ex quo cap. istud desumptum est, fideliter referret : vel, quoniam serui, & filii pres-
byterorum in hac re æquiparantur. Sic enim in rubrica de seruis non ordinandis in capit. consuluit cum seruis spurious permiscuit, ibi, neque spurious, neque seruos ordinare debes. Nec enim placet per seruos filios pres-
byterorum intelligi in seruitutem redactos : esset enim battologiae vitium bis eadem repetere, cùm iam in prin-
cipio capititis per filios presbyterorum ipsorum filij ser-
uitutem seruientes à fortiori intelligi deberent. Quam interpretationē adduxit olim vir magni nominis quidam, cui tamen nobis ea in re assentiri non est animus, quos vincula

vincula nulla impediunt ullius certae autoritatis, libamusq; ex omnibus, quocunque nos maxime specie veritatis mouet: Retulitque ultimam huius capituli partem ad cap. cum multæ. 15. quæst. 8. qui textus vitiosè legitur in decre- tis, & emendari, & intelligi, & ornari potest per Couar. 2. part. de spons. cap. 8. §. 15. num. 17. præsertim, cum gloss. in- dict. cap. cum multæ verb. connubio statutum illud abrogatum esse, & desuetudine sublatum afferat, nec pat sit credere iuris abrogati, & extincti pontificem memi- nisse.

11. Oportet tamen in fine primæ huius partis de varijs illegitimorum generibus aliqua dicere, maxime, cum in- ter eos, quoad ipsam dispensationem distinguendum esse dicat cap. nisi cum pridem vers. personæ verò, de renuntiat. ex quo capite quatuor genera colliguntur, sub quibus omnes illegitimi continentur: nothi nempe, & manseres, naturales, & spuri; quos ego sequutus Couar. de sponsal. 2. part. cap. 8. §. 4. in duas classes partior, in naturales, & spu- rios; & ad naturales nothos, ad spurios manseres traho.

12. Spurius ergo ordine retro acto dicitur ille, qui pa- trem incertum habet, quasi sparsim conceptus. In qua significatione spurius verbum generale est, & generaliter accipitur pro omnibus, qui patrem incertum habent, quan- tis inter patrem, & matrem matrimonium contrahi pos- suisset. Plutarchus autem in problematis, cuius meminit Bud. in l. vulgo concepti. ff. de stat. hom. ita de hoc voca- bulo commentatur. Spurius, inquit, primum nomen est apud Romanos, ut Sextius, & Decimus, & Caius. Prima autem nomena non tota scribuntur, sed aut una litera, ut T. Titus, aut duabus, ut Gn. Gneum, aut tribus, ut Sex. Sextum, & Ser. Serium. sic spurius sp. scribebatur. Eos autem, qui

fine

sine patre erant, qui auctores Græcè dicuntur, S. & p. designa- bat, quasi sine patre, hoc errore factum, ut spurius sine patre dicerentur. Hæc Plutarch. Isidorus tamen magnus Ethy- mologiarum artifex. Erhy mol ologiarum lib. 11. ad finem, cuius meminit additio ad gloss. verb. manseres in id. c. nisi cum spurius, spurius, quasi extra puritatem genitum dici affir- mat. Vt cunq; si spurius propriæ, & strictè iure canonico di- cuntur illi, qui ab illis parentibus sunt orbi, inter quos nec conceptionis, nec nativitatis tempore poterat legitimum intercedere coniugium. Sic Angel. sic Aretin. in §. nouissi- me, insti. ad offician. vel illi, qui ex eoru lege humana pu- nito enascuntur. Sic Alciat. lib. 4. parerg. c. 3. hic enim omnes patrem, etiam si frumentum habeant, p̄ce, infamia, nomi- nare non audierū, & bene spurius, hoc est, sine patre appellantur, in qua significatione filius adulterinus, filius inter- stuosus, & reliqui tales spurius sunt. in 100. 3. annis. in q; 2. 13. Ad spurios manseres pertinent, qui, quævis latè signifi- catione sint illi, qui sunt ex scortis, & meretricib; proge- nati, Hostiens. hic numerus. digloss. verb. manseres, proprie- tamen, & strictè sunt omnes eorum libeti, qui sive canonico, sive matrimonio distinguuntur. Copiarum vbi supra, §. 4. in nom. 2. autem non audiuntur, additio auctio in id. c. 11. 14. Naturales verò, quos Græci physici vocant, quicq; ea de causa sortiti sunt hoc nomen, quod de eis natura sola, non honestas coniugij progenierit, Isidor. Ethymologi. cap. 5. lib. 9. refertur in hac p. fin. 12. quæst. 14. de iure civili di- cuntur illi, qui ex unica concubina, domiq; cohabitante, lo- gitimamq; orientur. pen. & vlt. de concubini. Itali. si quis officium. ff. de rit. nupt. Aucti. quibus modis har; officia ne- turfuit. §. si quis autem filios digloss. verb. manseres. Hæc tamem omnia de iure canonico non esse quiprimitur, sed, vñ- gaudi.

O

quis

quis sit naturalis, satis est, si descendat ab illis, qui nativitatis, vel conceptionis tempore coniuges esse poterant, cap. innotuit. de elect. cap. tamta, qui filii sint legit. idq; ita consuetudine receptum esse referunt multi, quos citat Co. uar. d. § 4. num. 2. in fin. cum sequenti.

15 Ad naturales nothi spectant; quos Alciatus vbi supra inquit esse illos, qui nati sunt ex coitu nullam legum humanarum penam metuente, veluti ex scortis, & meretricibus, hocq; distare a naturalibus, quod orti sunt ex matre non ita custodita; nec domi retenta. Budæus vero ex Quintiliaco vbi supra nothum esse eum dicit, qui legitimus non sit. Licet olim apud Athenienses illiquoq; nothi dicerentur, quinon erantex duobus Atheniensibus nati, vt Plutarchus ait in Pericle, vt Aelianus lib. 6. de varia historia, de quo verbo plura Bud. in d. l. vulgo concepti, plura Couar. in d. §. 4. num. 6.

16 Hæc de prima huius tractatus parte. Secunda pertinet, utrum filii possint habere ecclesiæ, quæ parentum fuerunt. Cuius dubitationis nodum dissoluit Concilium Trident. sess. 25. de reformat. cap. 15. & statim pontifex in cap. 2. huius tituli pro comperto afferens non posse filios obtinere ecclesiæ, in quibus patres ministrarunt, nisi ea de re dispensationem obtinuerint, cap. veniēs, cap. ex tua, infra, eodem. Quod non solum de filiis in sacerdotio genitis, sed de alijs etiam legitimo matrimonio ante sacerdotium suscepiti est intelligendum iuxta cap. ad extirpandas, infra eod. quanuis hi in eadem ecclesia, in qua beneficium pater habuit, non idem, sed aliud possint habere, cap. ad hæc, eodem tit. Quæ quidem prohibitio licet iure communī non vigeret eo casu, quo inter patrem, & filium media persona intercessisset (poterat enim tunc

filius,

filius, quæ pater olim haberet, libere habere ecclesiæ, cap. ex transmissa, infra eodem) extrauagans tamēt Clementis, quæ incipit, ad canonum conditorem, relata per Gig. quæst. 86. constituit, vt nec immediate, nec mediate beneficium parentis possit a filio obtineri. Poterit autem ratio huius prohibitionis duplex reddi: & quia sanctuarium Dei non debet iuse hereditario possideri, cap. ad decorum, de institut. &c. quia filius refricat indignam facti memoriam, si in eiusdem altaris administratione conspi ciatur, in quo fuerat ante impudicus parentis conspectus. Idq; adeo verum est, vt nec præsumonia, quæ beneficia non esse ecclesiastica putat Ioan. Andr. quem quidam son tem, & tubam iuris canonici appellat, in cap. vnic. de rer. permittat. lib. 4. Abb. cōps. 47. nū. 4. lib. 2. Felij. in. c. postu lasti. nū. 8. de rescript. Staphyleus de literis gratiae. 5. forma expectatiarum. num. 3. possint obtinere filii, quæ parentes obtinuerunt, vt non multis abhinc annis vidi in emergenti quæstione responsum fuisse: & licet non ignorē duo genera præsumitorum a dectib[us] constitutu, alterum veram beneficij rationē, verumq; spiritualē titulū, alterū temporalē tantū habens, eamq; distinctionē positam a Dominico cōsil. 89. Dec. ad Rubricā de rescript. num. 2. Mandat. reg. de annali possessor. q. 12. Menoch. de arbitrii centri. 3. casu. 28. nū. 58. & de primo genere intelligendum Oldrald. cōsil. 81. Panin. in tractatu de potestate capituli. & partib[us] quest. 1. principali. num. 5. Sot. lib. ro. de iust. quæst. 3. aft. 3. Marsil. de redditibus ecclesiasticis. 2. part. c. 14. num. 1. Fusch. de visitatione lib. 1. cap. 20. nū. 23. in fin. Scio tamen dubium illud excitatum fuisse super ultimo præsumitorū genere, illo nempe, quod temporale titulum habebat, quodq; laicis, & coniugatis conferebatur, &

tamen neque in his successionem admittendam vir maximus respondebat.

Nepotes vero hæc prohibito non adstringit: poterunt enim auctorum obtinere ecclesiæ autoritate Alex. Domin. & aliorum in cap. Apostolica. 8. quæst. 1. parum cusrantes gloss. in d. cap. ad extirpandas, parum nepotibus sequam, à nonnullis tamē approbatam. Quinimò & filii habere poterit ecclesiā, in qua alterius nomine ministratio patens. c. constitutus, infra eod. Sed quid in hac rubrica poterimus amplius? Agamus iam cùm seruis non ordinandis, sic ipsa laboris varietas loco nobis erit,

Sic quoque mutatis requiescant factibus arid.

A D R V B R I G A M D E seruis non ordinandis, & eorum manumissione.

SN huius rubricæ explicatione (nam de continuatione, cùm sit aperta satis, superuacuum erit agere) ordinem sequemur. Hostiens. à quo in superioribus aliqua ex parte recessimus, cùm verè dictum noscemos illud, non posse bene ambulare eum, qui pedem semper ponit in alieno vestigio, nec vñquam bene natare, qui non audet ab ijcere suber. Discemus igitur, quid sit seruitus, quid manumissio, quis possit manumittere, virum serui ordinari possint: pèdet enim ex his quatuor tota huius rubricæ declaratio.

Et vt remotissimam illam seruitutis diuisionem omittamus, quam affert D. Antonin. 3. tom. tit. 3. cap. 6. §. 1. 2. & 3. qui eam in seruitutem numinis, in seruitute criminis, &

in

in seruitutem hominis distribuit, posset etiam in seruitutē naturæ: seruitus, de qua agitur in hoc tit. est constitutio iuris gentium, qua quis dominiō alieno cōtra naturam subiicitur. Sic enim eam definit Iustinianus in. §. seruitus instit. de iure person. vocat autem seruitutem contra naturam, quia iure naturali nusquam cognita seruitus erat, sed omnes homines liberi nascebantur, idem Iustinianus in. §. ius autem gentium, instit. de iure nat. gent. & cil. idem instit. de libertinis in principio, Vlpianus in. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. sed, cùm iura naturalia diuina quadam prouidentia constituta semper firma, atque immutabilia permaneant. §. sed naturalia, instit. de iur. nal. parum sibi videatur constare Iustinianus, qui libertatem iuris naturalis esse in. d. §. ius autem gentium, & in. d. principio, & contra ius illud naturale seruitutem inductam afferit in eodem. §. ius autem, & in. d. §. seruitus. Quam antinomiā dissoluere conantur multi, quos cirat Couar. in reg. peccatum. 2. part. §. 11. nu. 3. qui & Accursij resolutionē irridet in. d. l. manumissiones, & Bartoli eodem loco, & in. l. ex hoc iure. Sunt, qui per iura naturalia in. d. §. sed naturalia prima tantum principia, seu præcepta legis naturæ intelligat, quibus immutabilitatem tribuant, non secunda, quæ mutabilia esse afferunt, & hi sunt Baro, & Baldoin. in. d. §. sed naturalia, Fortun. in. d. l. manumissiones. nu. 8. scitum est enim præcepta naturæ dupliciter constare hominibus, aut tanquam prima principia per se nota, quæ simpliciter, & absolute absq; vlo rationis discursu hominū mentibus innotescunt, vt bonū amplecti, malum fugere, conseruare speciē, aut individuū, & reliqua, de quibus Gratian. in principio. 1. dist. Tho. 1. 2. quæst. 94. art. 2. Aut tāquam conclusiones necessarias, & manifestas ab ipsis primis principijs elicitas, quas

O 3 posito

posito principio absq; vlla suppōsitione intellectus percipit, & deducit, vt non occidere, non furari, & reliqua Decalogi præcepta. Sunt, qui distinguant inter iura naturalia præceptiua, vt sunt verbi gratia Decalogi præcepta, & naturalia permissiua, seu per non repugnantiam, è quorū numero aiunt esse libertatem: de prioribus volunt intelligi. d. §. sed naturalia, de posterioribus. d.l. manumissiones cùm similibus: & hi sunt Coua. vbi suprà. Sot. lib. 1. de iust. quæst. 4. art. 5. col. vlt. & lib. 4. quæst. 3. artic. 1. ad. 1. Nauar. in cap. ita quorundam notab. 11. num. 7. de iudic. D. Tho. 1. 2. quæst. 94. artic. 5. ad. 3. & 2. 2. quæstio. 66. artic. 1. ad. 1. neutra tamen resolutio nobis placet: prima enim pugnat cùm verbis. d. §. sed naturalia apertè significantibus tex- tum agere non de primis principijs, sed de iure gentium, vt statim comprobabimus: secunda cùm reg. l. nec si vo- lens. C. liberali causa. l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de condit. & demonstrat. ex quibus videtur colligi ius li- bertatis positiuè nobis à natura, nō verò per nō repugnan- tiā competere.

3. Sit illa igitur huius quæstionis definitio, vt per iura naturalia in. d. §. sed naturalia constitutiones iuris gentium intelligantur, siue per necessarias consequentias à lege naturali deductæ, vt in. l. veluti, & in. l. vt vim. ff. de iust. siue per non necessarias, vt in. d. l. manumissiones, & in d. l. ex hoc iure. Hæ enim constitutiones licet in communi semper firmæ, & immutabiles permaneant, in hoc, vel illo casu iusta de causa mutationem patiuntur: neque tunc constitutiones istæ violantur, neque firmæ, atque im- mutabiles esse desinunt, cùm ius gentium sit ius constitu- tum, & ad ea, quæ fortè uno aliquo casu accidere possunt, iura non constituantur. l. ex his adiuncta. l. antecedenti,

& se-

& sequenti. ff. de legibus. Adde, quod Iurisconsultus in. l. bona fides. 31. ff. deposit. duplex ius gentium intelligit; alterum merum, alterum cùm præceptis ciuilibus, & præ- torijs, hoc est, vt ego puto, in causa particulari iusta de cau- sa sublatum, quod expressius significatur in. l. ius ciuale. ff. de iust. & iur. ibi, iuri communi aliquid addimus, aut detrahimus: vbi per ius commune ius gentium designatur, quod apud omnes gentes peræq; custoditur, non vnius proprium ciuitatis, sed omnibus populis commune: & ta- men posse addi, vel detrahi iuri illo iurisconsultus affir- mat. Quod si queras, quare constitutionibus iuris gentium quidquam detrahi, vel addi possit, cùm legibus humanis non possit, Clem. ne Romani in principio, de elect. sic ha- bero, constitutiones iuris gentium non posse ita in to- tum esse æquas, quin ob varias locoru, & temporu, & hominum conditiones in aliquo particulari casu ab æqui- tate recedant, Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 10. Cum q; ad tem- perandam iniquitatem, & rigorem illum nullus sit supe- rior, qui adiri possit, est enim illarum conditor inacces- sibilis, id est, Deus, oportebat aliquè esse, qui id facere iure posset, nèpè sacerdotalem, aut ecclesiasticum principē iuxta reg. c. duo sunt. 96. distinet, ne deficeret philosophicum il- lud. axioma, Deus, & natura non deficit in necessarijs sic alijs diuinæ leges, in quibus vlla nūquam recipitur dispe- satio, per principem ecclesiasticum declarari possunt, non alio argumento, quam, quod ad legislatorē Deum non est recursus, & necessè est fateri hoc interpretādi ius in Eccle- sia esse, ne forte cogamur dicere imperfectam Christū do- minum reliquisse in Ecclesia potestatē, quod quam sit ab- surdū, nemo est, qui non videat. Cùm verò in legibus hu- manis totum cōtrariū videamus, quarū cōditor pro rigore

O 4 mode-

216 *De seruis non ordinandis.*

moderando conueniri potest, oportebat inferiori eam potestatem addendi, vel detrahendi denegatam esse, iuxta. d. Clem. nè Romani. l. 1. & vlt. C. de legib.

4 Hæc verò illius. §. sed naturalia explicatio nostrarum glossarum fuit: Sic enim gloss. i. in fin. in. d. §. sic glos. in. d. I. manumissiones verb. nascerentur, sic gloss. i. in. l. ius ciuile. ff. de iust. vt ex hoc vel in verborum interpretationibus discamus non conténere glossas nostras, cùm sæpè sit sub pallio sordido sapientia, vt lib. 3. Tusculan. inquit Gicero, & multis illustrat Tiraquel. l. 11. connub. in principio. Quod verò §. ille de constitutionibus iuris gentium intelligatur, nescio quid alijs, mihi certè probat apertè. §. ius autem ciuile instit. de iur. nat. l. omnes. ff. de iust. & iur. sic enim utrobiq; ius gentium definitur. Quod verò naturalis ralis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræq; custoditur, vocaturq; ius gentium, quasi quo iure omnes gentes vtantur. Quæ verba vide quām parūm distent à verbis. §. sed naturalia: sed naturalia, quidem, inquit iura, quæ apud omnes gentes peræq; obseruantur, diuina quadam prouidentia constituta, &c. Notandum est enim, apud omnes gentes peræq; obseruantur, notandum est, constituta: denotant enim hæc verba agi in. §. sed naturalia de iure illo, de quo in. d. §. ius autem ciuile, & d. l. omnes, ibi, constituit, & ibi, quo iure omnes gentes vtantur. Rursus & id manifestissimum fit ex societate iuris ciuilis, quæ in. d. §. sed naturalia cum iure gentium reperitur. Iungit enim ibi imperator ius ciuile cùm iure gentium, quemadmodum & idem in. d. §. ius autem, & antea iurisconsultus iunxerat in. d. l. omnes. Quæ quidem coniunctio optimo iure fit. Quod enim naturalis ratio constituit, siquidem inter omnes homines, apud omnes peræq;

217 *De seruis non ordinandis.*

peræq; custoditur, vocaturq; ius gentium, quasi, quo iure omnes gentes vtantur: sin verò inter alicuius ciuitatis populum, ius ciuile dicitur. Vnde ius gentium, & ius ciuile ab eodem fonte procedunt, à iure nempe naturæ hominibus proprio, quod est iusta ratio hominum mentibus inhærens: quæ si constituatur, & in usum aliquem recipiatur, mutat nomen suum, & si quidem à gentibus, iuris gentium, sin verò à ciuibus, iuris ciuilis nomen assumit. Quare non absurdè ius gentium speciem quandam iuris positivi humani dixeris ratione naturali inter omnes gentes constituti, quod videtur expresse probare tex. in. §. ius autē gent. instit. de iur. nat. ibi, gentes humanæ iura quædā fibi constituerūt. Quod cùm bene Titus Liuius Romanæ historiæ princeps agnouisset, ius gentium ius humanum appellauit, vt de illo refert Bud. ad. l. 1. ff. de iust. & iur. Sed video fortasse aliquem obijcentem hīc nobis pastore illud conuictum,

Quò nunc se proripit ille?

Scio autē & oportuisse explicare. §. sed naturalia, & nondū ex illius explicatione difficultatē nostrā dissolui posse. Licet enim gloss. in. d. l. manumissiones verb. nascerentur libertatē non in cōmuni, sed in particulari iure gentiū mutantam fuisse afferat, quam mutationē non esse prohibitā & illa existimauit, & nos probauimus: solutio tamen hæc quæstioni nostræ non cōuenit: libertas enim non est inuestita iure gentium, sed naturali, vt colligitur ex Isid. in. c. ius naturale. l. dist. ius verò naturale nec in communi, nec in particulari mutationē patitur, vt eruditè probat Cou. ubi suprà, & patet ex illis verbis M. Tullij in. 3. de Rep. quæ Robertus Stephanus diuinitūs prolata vocat: Est quidē, inquit, vera lex recta ratio naturæ cōgruēs, diffusa in omnes,

constans, sempiterna, quæ vocet ad officiū iubendo, vetādō à fraude deterreat, quæ tamē neq; probos frustrā iubet, aut vetat, nec improbos iubendo, aut vetādō mouet: huic legi nec prorogari fas est, ne q; derogari ex hac aliquid licet, nectota abrogari potest, nec verò aut per senatum, aut per populum solui hac lege possumus.

5 Ego igitur difficultatem hanc, quam doctores explicari posse non putant, nisi Carneadē ipsum orcus remittat, vt est apud Lucilium, ita composuerim, vt id, quod dicitur libertatem iuris esse naturalis, omnesq; homines natura liberos nasci. d.l. manumissiones. d. §. ius autem gentium. d. principium instit. de libertin. intelligatur de iure naturali, & de natura in statu innocētiæ, non verò post peccatum: vbi enim primūm peccatū inuectū est, natura q; corrupta, statim libertas ista à iure naturali defecit: erant enim omnia bellis exarsura, & ne homines illis paulatim absumentur, inueniendæ, atq; excogitandæ seruitutes, vltimum, victorum confugiū, per quas hominū multitudo aliqua ex parte conseruaretur, ideoq; à seruando serui dicti sunt. §. serui autem, instit. de iur. person. Quod verò dicitur seruitutem esse cōtra naturam in. d. §. seruitus, & esse iuri naturali contrariam in. d. §. ius autem gentium, nouiter ita intellexerim, vt ideo seruitus dicatur contra naturam, quia introducta est per peccatū, quod est contrā naturam, vocaturq; ab Aristotele. 2. physic. naturæ monstrū; ideo dicitur iuri naturali contraria, quia duxit originem à peccato, iuri naturali contrario: ob hoc enim & ipsa etiam iuri naturali contraria rectè dicitur, iuxta illud Matth. 7. Non potest arbor mala bonos fructus facere, &c. Seruitus enim, vt inquit August. lib. 19. de Ciuit. Dei, & refertur à Bud. vbi. suprà, imposita est culpæ, non naturæ, vndē quēadmodū culpa

culpa illa contrā naturā est, ita etiam & seruitus ex ea proueniens. Evidem hac in re veritatis scopum non attingā, sed meo certè iudicio nec attigit ipse Couarrū. vbi suprà vers. quintō infertur, qui seruitutem ex eo arbitratur dici contrā naturam, non, quod tollat aliquod ius naturale posituum aliquid præcipiens, vel prohibens, sed, quod per illam addatur iuri naturali id, quod ipsum ius non concesserat, atq; ideo per additionem dici seruitutem contra ius naturale. Hoc enim nulla ratione admiserit, qui dictionis, contrā, naturā expēderit. Id enim dicitur fieri contra ius aliquod, quod sit repugnante, & prohibente iure illo, & ita verba hæc, contra ius, important repugnatiā, & prohibitionem legis, vt colligitur ex. l. contra legem. 28. ff. de legibus ex. l. qui vetante. 102. ibi aduersus, hoc est contrā. ff. de regul. iur. reg. quæ cōtra lib. 6. Sic enim intelligitur. d. reg. quæ cōtra ius fiunt, debet pro infectis haberi, cōtra ius nempe simpliciter, & absolute aliquid prohibens. Quod quidem olim in. d. reg. quæ contrā, & posteā nobis auditoribus in. c. 1. de sentētia, & re iud. docuit præceptor meus magnū iuris canonici incrementū Loysius Correa, vñus qui nobis Emmanuele primario professore mortuo non cunstanto, sed præcurrendo restituit rem, mira enim festinatione ita omnia ad Cleanthis lucernam elaborat, ita suis numeris absoluit omnia, vt cùm celeritate absolutio, perfectioq; contēdat. Cuius ego opera dictata solū tantum exulta typis citare possum, quod, quanvis de illis edendis nondū curauerit, quanvis folijs etiānum carmina mandet, in tanto tamen vbiq; terrarū habetur pretio, tanto studio excipiuntur ab omnibus, vt minimè timendū sit,

Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Quod si ius naturale nihil de libertate constituit, quo pacto

pacto seruitus cōtra ius naturale est: potius enim diceretur præterius naturale, nē p̄ quæ neq; p̄cipere tur, neq; prohiberetur ab illo. Hæc tamen in re, sicut & in reliquis meis omnibus, liberum sit cuiusq; iudicium: nec enim quēquam in verba nostra iurare cogimus.

6. Hæc autem seruitus contra naturam quibus inducatur modis, colligitur ex §. serui autem aut nascuntur instit. de iur. person. ex instit. de ingenuis pertotum, ex Couar. vbi supra, ex Hostiens. h̄c num. 6. de seruitute verò secundūm naturam, quæ est minus prudentis ad prudētiorem, minus sapientis ad sapiētiorem, iuuenis ad fēnē, vxoris ad virum, filiorum ad parētes, de qua cap. est ordo. 33. quæst. 5. multa, & egregia refert Couar. vbi supra n. 5. Tiraq. l. r. con-nub. §. secundūm, Vaconius à Vacuna in suis declarationib; lib. r. declarat. 10. num. 1. Alciat. lib. 2. paradox. c. 21. relatus in Angeli à sancto Ioanne aduersus eundem Monomachia.

7. Iam verò, quoniam in definitione seruitutis diximus eam esse constitutionem iuris gentium, haud intēpestiū erit à nobis hoc in loco, quid sit ius naturale, &c; quid sit ius gentium, explicandum. Nec enim, credo, ridiculā disputationem Carneādis sumus admissuri, qui, cūm legatus ab Atheniensibus Romā missus esset, vt constat ex Aul. Gell. lib. 7. c. 4. disputassetq; de Iustitia copiose, postridiē disputationē contraria disputatione subuertit iura sibi homines pro vtilitate sanxisse, ius autem naturale nullum esse contendens, vt latē refert Robertus Stephanus in fragmentis librorum M. Tullij de Rep. &c; vt varia, quæ à Theologis, & nostris hac de re afferuntur, prætermittamus, ius naturale bifariām diuiditur, in ius naturale, quod natura docuit, & ius naturale, quod ratio docuit. Ius natu-

naturale, quod natura docuit, est lex quādam, quam natura omnibus rebus creatis insenit ad suas operationes faciendas pro proprietate cuiusq; insensibilibus per necessitatem, qua seruantur in suū locū; sensibilibus per inclinationem, quæ se tuētur, cibumq; querunt, rationabilibus pēr rationis imperium. Hoc ius definitur. In stiniano, imprinc. instit. de iur. nat. ius, inquit, naturale est, quod natura omnia animantia docuit, ab Vlpiān. in l. i. S. ius naturale. ff. de iust. & iur. sed cūm ius istud non solum animantia, sed creata omnia natura doceat, potuisse ut ergo recte dicere & imperator, & Iurisconsultus, ius naturale est, quod natura omnia creata docuit, & fortasse non dixit, quia verbum ius apud veteres, vt bene explicat Rāuard. lib. 1. var. cap. 1. in ijs solum versabatur, quæ æqui, boni, effigiē, re- ferrent, cuius generis sunt illa, liberos educare, vim vi repellere, &c. Quod verò iubebat natura nullā boni, æquiq; effigiem referens, iussus, imperiū, instinctus, imperiū, iūdiciū, ius vocabatur. Et quoniam in plantis, & reliquis id genus, quæ creatorum nomine comprehenduntur, & ad quæ ius naturale prōcul dubio extenditur, non est aliqua aequitatis, bonitatis effigies, idæque, id est ius naturale ad illa nō traxit imperator, tracturus profecto imperium naturalem, imperium, instinctum, iussum. Philosophi verò, qui non verba, sed rerum naturam expēdebant, iuris naturalis pēnitia non omnia solum animantia, sed creata etiam omnia censerit testati sunt. Quod si iurisconsulti idem facerent, &c; non solum ad animantia, vt fecit Vlpiānus, sed ad creata omnia iuris nomen referret, quid faceret Cendendorpius, qui in Isagoge iuris, c. de iure naturali iurisconsultos opinatur fuisse hac in re iuris nomine abusos, quem tamen optimè refellit Zaz. d. §. ius naturale: quid Laurentius, Valla,

De seruis non ordinandis.

Valla, qui Vlpianum irritet existimans, cùm in brutis nullā sit ratio, nullū in ijsdem ius inesse, quem explōdit Rēard. vbi suprā. Hæc de iure naturali, quod natura docuit. 8. Ius autem naturale, quod ratio docuit, quod solum ius naturale vocavit Antonius de Guevara reprehēsus à Grammatico Rhua in epistolis, quas ad eundem scripsit epist. 2. Est lex, conceptio, habitus ē inditus à natura tantum hominibus; quatenus homines, rationalesq; sunt; ut ratione ducē dirigāt actiones, operationesq; suas, vtrūq; autem ius recte dicitur naturale; sed primum quidem directe, indecē verò secundum: primum, quia illud natura docet cunctis creatis cùm hominib; omnibus, secundum, quia ratio in hominib; naturalis. Non enim idcē dicitur ius naturale, quod illud docēt ratio, sed, quod ratio naturalis. §. ius autem ciuite versus: quod verò naturalis ratio, institutus iur. nat. vtrūq; etiam ius proprie, & strictè homines comprehendunt: de secundo non est dubium, cùm p̄pter hominem p̄ se solum est innatum, in reliquis otiosum si de principio etiam in iis esse debet. Cùm enim primum illud ius naturale plantas, bruta, & reliqua creata constringat, quis dubitare potest, dum hæc illo iure constiunguntur, constringi etiam homines, in quibus plantarū agnoscimus naturam, quatenus illis vegetalis inest potentia; quia aluntur, & augeantur: brutorum, quatenus sensuum satellitatio perfruuntur: quin & angelicam, cùm mentis altitudine cælorum claustra supergreſi diuinæ maiestatis immantur arcana: & si fas est dicere, diuinam, dum diuinæ bonitatis contemplatione omnia operantur. Quapropter recte Procopius in Genesim humanitatem inter duo extrema sitam esse affirmat, inter diuinam, incorporeamq; & inter sensitivam, brutorumq; naturam, & vtriusq; homo minem

De seruis non ordinandis.

minem esse participem. Vnde effectum est, vt in Euangel. Marc. cap. vlt. per omnem creaturam homo denotetur omnis creaturarum omnium naturæ particeps: eunes, inquit, in mundum vniuersum prædicante Euangelium omni creaturæ, hoc est, prædicante Euangelium homini: nec enim aut rupibus, aut elephantis Euangelium prædicari iubetur, quæ tamen creaturæ sunt, & sub verbo, omni, comprehendenderentur, iuxta illius verbi naturam, de qua in l. testatore. 68. ff. de legat. 3. ni duobus illis verbis vnum hominem per periphrasim significari dixeris. Quod cùm aliquot abhinc annis à Cœlio Rhodigino dicens lib. 1. lection. antiq. cap. 38. id posteà maximè confirmavi ex his, quæ à Theologis, Philosophis, Rhetoricis, & iuris deniq; peritis ad hanc vnam rem in nostris vtriusq; iuris Miscellaneis adnotavi. Lege igitur ex Theologis D. Thom. super Boet. de consolatione philosophica lib. 1. metro. 5. lege eundem Thom. quo loco citatur per Couarru. in Clement. si furiosus. 2. part. §. 31. num. 1. antè vers. non oberit: lege ex philosophis Philionem Iudæum de mundi opificio, qui hominem inquit esse omnia, terrenum, aquaticum, volucrem, cælestem: Plutarchum Cheroneum de virtute morum illis in verbis, omnium omnino rerum, & ipsi affirmant, & latè patet alia habitu, complexuq; regi, alia natura, alia irrationali animo, quædam adhibita etiam ratione, & intelligentia, quorum simul omnium particeps est homo, & in omnibus his differentijs ortus est: nam & habitudine continetur, & alitur natura, & ratione vitior, & coniunctum etiam habet irrationale, ingenitumq; affectus principium, ac fontem non accersitum, sed necessarium, nec ex toto extirpandum, sed cultu, & præceptore indigens: lege

lege ex Rhetoricis Martinum Figneretum Regis Portu-galliae senatorem in commentario in Plinij protog. quæ tuor inquit ille in homine esse animas, vitalem, quæ & in vermis, quia tantum mouentur, sensualem, quæ in matis animantibus, in quibus est sensus & timoris & gaudij, intellectualem, quæ est in hominibus tantum, physicam, quæ est in herbis, atq; arboribus, quæ & si non mouentur, vita ramen habent, cum crescant, nascantur, pereant: lege etiā ex Rheticis Bud. in adnotat. ad Pā de c̄tas. in l. antiqui. ff. si pars hæredi per ex iurisperitis deniq; Chassan. in cathal. 2. part. in principio; Nau. in man. prælud. 2. Quæ quidem si extot, tantisq; viris nō didicissem, satis mihi esset nobilissimi, atque doctissimi Bernardini de Mendoça canonici Tolerani testimoniū, ex cuius apologia, quā ille in grātiam seminariorum, quæ à sacro Tridentino Cōcilio fieri iubentur, pie & eruditè conscripsit, & Catholicæ maiestati obtulit, quamq; manu scriptā, & proprię ipsius Bernardini signatam nomine nuper legi, verba illa adnotauit: habet homo commune esse cū lapidibus, vigeret cū arborib; sentire cū animalibus, intelligere cū Angeliſ. Ius quoq; gentium, quemadmodū & naturale, duplīciter etiam accipitur: vel pro iure, quod apud omnes gentes peræq; custoditur, à ratione naturali per consequētias manifestas deductum, quo pacto ius gentium accepit iuris consultus in l. 1. §. f. ff. de iust. & iur. & in l. veluti. l. vi vim. ff. eod. in his enim locis agitur de hoc iure solis hominibus proprio iuri naturali adeo coniuncto, vt hoc solū ab illo distet, quod ius illud non solū hominibus, sed animantibus quoq;, hoc hominibus solū com-mune sit. d. §. fin. vel accipitur pro iure, quod constituit diuersam speciem naturali, & ciuili, velut inter duo extrema situm,

situm, utriusque tamen particeps: de hoc iure agitur in l. manumissiones, & in l. ex hoc iure. ff. de iust. & definitur in §. ius autem gentium, instit. de iur. nat. vt sit ius, quod vñ exigēte, & humanis necessitatibus gentes humanæ si-bi constituerunt, cuius exempla in d. legibus, Manumissiones, & Ex hoc iure habentur. Ex quibus apparet duplēcē fuisse iuris gentium introducēdi rationem, necessitatē nempē, quæ in bellis suscipiēndis pro rerum suarū defen-sione, seruituteq; aduersus ius naturale introducēda emer-sit, & de hac agit. l. manumissiones, & vsum, hoc est, utili-tatem, quæ in contractibus præcipue elucet, vbi nemo obli-gatur inuitus, & de his agit. l. ex hoc iure. Est autem hoc ius species iuris humani, vt ait. D. Tho. 1. 2. quæst. 95. ar. 4. Viguer. de institut. c. 17. §. 1. & est species iuris naturalis, vt colligitur ex §. ius autem ciuile, ibi, quod verò naturalis ra-tio, instit. de iur. nat. differt à iure humano, quod ius gen-tium est omnibus populis adæquatum, & commune, om-niumq; populorum utilitatem respicit: ius verò humanū, per constitutiones particulares est introductum cuiusque regni, aut Reip. & illius solū emolumentum spectat. Rur-sus ius gentium à naturali parū recedit, ab illo nēpē per consequētias propinquiores elicitem, ius ciuile longē deductum per consequētias remotissimas, & rationes interdum non concludētes, sed suasorias differt à iure natu-rali, quod ius naturale est inditum animantibus, quinimò & creatis omnibus, ius gentium solū hominibus. d. §. fin. De primo articulo, quid sit seruitus, satis dictū est: venia-mus ad secundum, quid Manumissio.

Manumissio, vt inquit imperator in principio instit. de libertin. ex Iurisconsulto in l. manumissiones. ff. de iust. & iur. est datio libertatis, quasi de manu missio. Nam,

P. quandiu

quandiu aliquis in seruitute est, manui, & potestati suppositus est, & per manumissionem liberatur à domini potestate. Hæc alio nomine vindicta dicitur. Licet enim manumissio per vindictam sit apud Iurisconsultos species quædam manumissionis, ut constat ex tit. ff. de manumis. vindicta, apposito post titulum de manumissionibus, vulgo tamen apud doctores, & Latinos manumissio, & vindicta idem sunt. Ut enim inquit Plutarchus rerum Romanarum peritissimus in vita Publicolæ manumissioni ob Vindictum Vitelliorum seruum, qui coniurationem dominorum cōtrā Remp. detexit, libertate donatum vindictæ nomen mansit, cuius libertatis mētio fit in l. 2. §. initium. ff. origin. iur. licet Calepinus ex eodem Plutarcho de sera numinis vindicta colligat vindictam accipi pro festuca prætoris sic dictā, quod seruus ea in libertatem vindicaretur. Unde & Cuiat. in paratilitis in titul. de manumis. vind. & R̄eward. lib. 4. var. cap. 19. & Boetius, & Azo, quos citat Hostiens. hīc num. 5. à virga potius prætoris, quam à Vindice vindictam deduci putant: quinimò & ab ea putat Hostiens. originem sumpsiſſe absolutionem ab excommunicatione, quæ cū virga, & verbis consuetis fit, cuius forma habetur in Constitutionibus episcopatus mei Leiriensis tit. 4. constit. 5. Nec erit id mirum, cū vel ipsa excommunicatio, si credas Chassan. in cathal. part. 12. confid. 60. vers. hi quippe, ex more Druydom Gallorum sacerdotum originem sumpserit. Fiebat autem hæc vindicta manumissio solemnibus quibusdam verbis, ut colligitur ex Iurisconsulto in l. manumissio. ff. de manumis. vind. Dominus enim apud prætorem, vel Consulem Romæ, apud præsidem, vel Proconsulem in prouincijs servi illius, quem vindicta manumitti volebat, caput, aut aliud

aliud membrum tenens hæc verba pronuntiabat: Hunc hominem liberum esse volo, & emittebat eum è manu, ut inquit Festus de verbis significat. lib. 11. & inde fortasse manumissio dicta est, licet alia reddatur huius nominis origo in. d. l. manumissiones. His peractis Magistratus vindicta, hoc est, virga, seu festuca, ut vocat Plautus in Milite glorioſo, serui manumittendi capiti imposta hæc aiebat: Aio te liberum more Quiritium: deinde ad lictorem conuersus secundum causam suam, sicuti dixi, ecce tibi vindicta; qua à lictore accepta lictor ipse caput etiam seruipercuriebat, faciem palma, tergumque festuca verberabat, ad quæ forte allusit Iuuenalis Satyra. 5.

*Pulsandum vertice raso**Præbebis quandoq; caput, nec dura timebis**Flagra pati:*

Quæ omnia ex Rāuardo didici vbi suprà, licet ex Persio Satyra. 5. cuius ille non meminit, nescio quid aliud de lictore colligi videatur

Non infestuca, lictor quam iactet ineptus:

Id autem est, quod virga in seruum percussum iactabatur, ut ait Alexand. ab Alexand. lib. 4. Genial. dier. c. x. qui carmina illa Iuuenalis, & varia manumissionū genera eruditè exponit. De hac quoque manumissione intelligēdus est Ouidius in illo carmine,

*Te quoque seruari, modo quem vindicta redemit,**Quis ferat?*

Et de illa egregie Claudio in IIII. Honorij Cons. sed quoniam non solum vindicta, quæ in desuetudinem abijſſe videtur, sed multis hodiè modis manumissio procedit, in. d. §. multis autem modis, instit. de libertin. modos illos, & leges, à quibus introducti sunt, ostēdet tibi Host.

d. num. 5. Illud vnum à doctoribus prætermissum haud equidem indictum manere patiar, an seruus infidelis, qui Christianæ militiæ nomen dederit, per ipsum baptismum sit statim iugo laxatus herili, nec amplius domini manui, & potestati suppositus. Quæ quæstio, ne ignobilis videatur, excitata est olim teste Rainald.lib. 2. indagat. cap. 22. per Hippolytum Austriam Corrigij comitem virum non vni palmæ insistentem, sed, qui factis, & ingenio, vt Sana-zarij verbis utar, nomē quærebat, multis argumentis contendentem Baptismum seruo pro vindicta esse. Soluit autem hanc quæstionem ordinatio nostra Lusitana lib. 5. tit. 99. quæ præcipit AEthiopum seruorum dominis, vt illos intra sex menses baptizari faciant, ipsorum, nisi fecerint, dominiū amissuri: quod idem habetur in quadam antiquiori earundem Regis Emmanuelis ordinationū editione, quā vel ob ipsam antiquitatem magni facio, in d. lib. 5. tit. 98. uno verbo, *detrinimmos*, in principio capitī redundantē. Si enim domini per baptismum seruorum dominium amittunt, adquisita seruis libertate, cur illis ordinatio seruorum amissionem, ni seruos baptisari faciant, loco pœnæ comminatur, quam tamen sine vlla negligentia, sine culpa per ipsum baptismum incurrebāt. Quin & ex ipso nostro titulo hæc quæstio dissoluitur, sic enim Rubrica inscribitur: de seruis non ordinandis, & eorum manumissione, si enim nullus, nisi baptisatus, ordinari potest, cùm baptismus sit omnium sacramentorum ianua, & fundamentum cap. 3. de presbyt: non baptis. & serui per baptismum liberi fiunt, ineptè pontifex de seruis non ordinandis, & eoru manumissione agit: aut enim serui baptisati non sunt, & inepta est quæstio, aut sunt baptisati, & est ineptior, cùm eos, quos baptismus liberos fecit, seruos vocet. Quid? quod

quod baptismus animam respicit, & à seruitute peccati liberat, nullum autem tertio præjudicium infert, nec ab ea seruitute eximit, quæ non est peccati, sed per peccatum introducta. Sed in re tam aperta otiosi est hominis immorari amplius. Qui volet, videri poterit Roman. consil. 288. Dec. 130. volum. 1. Angel. & Sylvest. quos citat Rainal. vbi suprà. Descédamus iam ad tertiu articulum, quis possit manumittere.

11. Circa libertates testamendo dandas tria in iure ciuili tempora fuerunt: primum legis AEliæ sentiæ, qui minor. 20. annis testamento manumittere vetabat, de qua in l. 1. ff. de manumis. l. si quis integris. §. minor. ff. qui, & à quibus. §. eadem. l. instit. qui, & ex quibus causis manumittere non possunt. Secundum tēpus fuit Iustiniani, qui ad decimū septimū annū impletū vigesimū illū legis AEliæ restrinxit, & libertatis fauorē ampliauit. §. Cùm ergo, instit. eod. Tertiū, & nouissimū eiusdē Iustiniani in auth. vt spōsalitia largitas. §. 1. collat. 9. referēt in auth. sed hodiē. C. qui manumittere nō possunt: sed hodiē, inquit, ex quo testari possunt, & libertates possunt relinquere antiqua lege cessante, post quartum nempē, & decimum ætatis annū. d. §. Cùm ergo. l. qua etate. ff. de testam. Quæ tamē omnia in libertatibus testamento relictis vigebunt, vt colligitur ex d. §. 1. ibi, suos seruos in vltimis voluntatibus manumittere: in alijs seruabitur adhuc tenor. d. legis AEliæ sentiæ, vt bene affirma gloss. d. §. cùm ergo verb. impleuerit. de multis autem, qui manumittere possunt, vide Hostiens. hīc. §. quis possit manumittere.

Vltimus articulus in hac rubrica discutiendus ille est, vtrum serui ordinari possint. Quæ quæstio per ipsam rubricam dissoluta est. Vt enim diximus in Rubrica de summa

De seruis non ordinandis.

Trinitate, nu. 4. Rubricæ pro legibus citari possunt. Rubrica autem inscribitur, de seruis non ordinandis, igitur serui ordinari non possunt. Sed, vt veniamus ad leges, idem est expressum in cap. 1. & in c. consuluit, huius tit. fortè dicit aliquis, inquit. c. 1. clericus fieri non permittitur, nisi ante clericatum ingenuitatis dignitate potiatur, re vera verum dicit. Neque spurios, neque seruos, inquit. c. consuluit, ordinare debes, et si memor es, quod in cōsecratione tibi dictum fuit, vide, ne quenlibet seruiliis conditionis ad ordines promouere præsumas. Ergò nec ad sacros, nec ad minores ordines seruus adspirare debet: id enim ex vtroque cap. colligitur. Clericus enim sit, qui in minoribus constituitur, ad ordines promouetur, qui ad minores promouetur, vt ex his, quæ diximus in Rubrica de temporibus ordinationum, apertissimè constabit. Nec refert, vtrum ordinandus ex vtroq; parente seruiliis conditionis natus sit, an ex ingenuo patre, & matre ancilla: hic enim, cùm seruus sit (sequitur enim partus ventrem, quod inter prærogatiwas generis foeminini octuagesimo sexto loco refert Rodericus Gonsalues Lusitanus in prærogatiwas, & priuilegijs generis foeminini. 2. par.) Ordinari non potest: si vero mater libera fuerit, seruus pater, libere ordinari poterit, vlt in c. vlt. huius tit. est decisum. Nascitur enim hic liber, princip. insti. de ingen. Vndè videri potest, quām sit inepta quædam Isidori ratio lib. 9. Ethymol. c. 5. relata in. c. vlt. 32. quest. 4. qui filium ex libero, & ex ancilla seruiliis putat esse conditionis ex eo, quia, qui nascitur, deteriorem partem sumit: filij, inquit, ex libero, & ex ancilla seruiliis sunt conditionis: semper enim, qui nascitur, deteriorem partem sumit: si enim, qui nascitur, deteriorem semper partem sumit, ecce tibi ex libera, & seruo natus

De seruis non ordinandis.

natus seruus erit, quod, quām sit absurdum, ex dict. cap. vltim. & ex dict. princip. manifestè patet. Ni fortè per deteriorem partem in dict. cap. maternam partem intellegas, hoc est, foemineam, quod certè valde probabile est. Hæc autem prohibitio ex verbis, & ratione ipsius, de qua statim, statuliberos etiam adstringit: Est enim statuliber, qui statutam, & destinatam in tempus, vel conditionem libertatem habet. 1. 1. ff. de statulib. Vndè ante tempus illud, vel conditionem impletam seruus est. Adstringit quoque illos, quibus status controversia mouetur: lite enim pendente nihil est innouādum, iuxta vulgares iuris vtriusque regulas. Quinjū & illi eadem prohibitione continentur, qui ita manumissi sunt, vt teneantur temporale aliquod dominis suis obsequium præstare, vt ex Toletano Concil. cap. 72. adnotatur in. c. quicunque. 54. distinct. Nam spirituale non est impedimento, cap. eò libentiū, huius tit. nec temporale, si tale sit, quod facile, & honestè præstari possit, vt probatur in cap. si seruus, eadem distinct. vbi adscriptitiij præter voluntatē dominorum clerici fieri permittuntur, dummodò clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant. Sunt enim serui adscriptitiij, qui per contractum, priuatamue scripturā culturæ alicuius agri adstringuntur, vt in eo perpetuā impendant operam. Quorum adscriptitiiorum varia genera videre poteris in gloss. Rubricæ. C. agricolis, & censitis lib. 11. vbi doctores, Aluorot. in procemio fæud. in principio, Gulielm. Benedict. in cap. Rainuntius, verb. & vxorem, decis. 5. num. 406. Chaffan. in consuetud. Burgund. rubric. 2. titulo de *Confiscacioens*, §. 3. vers. quæritur, & rubric. 9. tit. de *mains mortes*, Couarrq. mukos referens in cap. quanvis pactum. 2. part. §. 1. numero. 2. Vallasc. lib. 1.

iuris emphyt. quæst. 37. per totum, & quæst. 32. nu. 5. Quo pacto autem serui agriculturæ ad stricti ordinari à canonibus non permittentur, à quibus agricultura clericis omnibus permissa est. c. clericus. 91. dist. ex Concilio Carthaginensi. 4. cap. 52. cap. 1. ibi ad opus rurale, de celebrat. Miss. probat vltra ordinarios. d. locis Speculator de Clericis cōjugatis. §. 1. vers. sed quam dices honestam, Tiraq. de Nobilit. c. 32. num. 3. licet enim clericis sordidas artes exercere prohibeantur. c. clerici, iuncto cap. sequenti, de vit. & honest. cleric. cap. 1. eod. tit. lib. 6. & in Clement. Bernard. Diaz in practica criminali. c. 63. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 2. casu. 411. & 412. non erunt tamen ea de causa ab agricultura repellendi, que usque adeò à sordidis distat artibus, ut nihil deroget nobilitati ex Guid. Pap. decisione 41. 296. 392. Gulielm. in d. cap. Rainuntius verb. dotem. num. 52. Tiraquel. de Nobilitate ubi suprà, vltra quos de Agriculturæ laudibus vide Chassa. in cathal. par. 11. confid. 37. & vltra Columellæ, & eos, qui de re rustica scripserunt, Cicer. lib. 1. de Offi. lib. de Senectute, Orat. pro Roscio Amerino, pro Rege Deiotaro, Polit. in Rustico, Alex. ab Alex. lib. 1. c. 9. Osor. lib. 7. de Regis institut. Max. Tyr. in serm. 14. Quod agricolæ utiliores sint, quam bellatores, Iust. Lips. lib. 2. de Constant. à cap. 1. cum sequentibus, ubi elegantissimè de hortorum laudibus agit, Legionens. in li bello Hispanicè scripto de perfecta coniuge, elegatissimā quandam Alberti Lolij epistolam ad Herculē Perinatū, Virgil. Horat. Sanaz. & reliquos Poetas vulgatissimis in locis. Imò, cùm otium fons sit, & origo vitiorum omniū, vt latè probat Chassan. in procem. Cathal. & par. 11. confid. 1. & 29. & part. 12. considerat. 49. & Hieronymus iubeat, vt clericus faciat semper aliquid, vt illum diabolus inueniat

inueniat occupatum, cap. nunquam, de consecrat. distinct. 5. nemo non videt, quam sit laudandus clericus ille, qui se rei rusticæ tradiderit, cùm & ob ipsum vitandum otium permittatur piscari in. d. cap. nunquam, ibi, texantur linea capiendis piscibus: non tamen venari, ut patet ex tit. de clericis venatore, cuius rei si vis venari causam, pete à glo. in cap. Elau. verb. pescatores. 86. dist. quæ si non satisfecerit, adire poteris Rainald. lib. 3. indagat. cap. 14. qui tibi multas ea de re rationes inculcabit. Vide tamen postremò de agriculturæ Motum Pij. V. IX. qui incipit, pia deuotio, & ibi. P. Matthæum.

12 Haec tenus de prohibitione, & de prohibitis loquuti sumus, nunc iam ipsius prohibitionis ratio anquirenda est, nec enim tam sine lege, quam sine ratione erubescere loqui. Ea vero sit, quam nobis reddit Leo Pontifex in cap. 1. 54. distinct. quia neimpè debet esse immunis ab alijs, qui diuinæ militiæ est aggregandus, nec honestum est hominum imperijs distrahi Deo semper vacaturum, cap. te quidem. 11. quæst. 1. sed quid, si huiusc rei causam à Hirris consulto petamus in. l. ab omni. ff. de remilit. Ab omni, inquit, militia serui prohibentur, quod sensit etiam doctissimus Poeta AEneid. 9. de Hellenore loquens,

Quem serua Licinia furtim

Sustulerat, veritusq; ad Troiam miserat armis.
De quo Cæl. lib. 13. cap. 53. statum autem clericalem militiam esse qui nescit, legat Paul. 2. ad Timoth. 2. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, cap. 1. ibi, qui militaret Ecclesiæ, de clericis ægrot. Antonin. 3. part. tit. 4. cap. 1. §. 2. Ergò, si ab omni militia serui prohibentur, & à clericali etiam prohibendi sunt, iuxta naturam verb. omnis, de qua in. l. testatorem. 58. ff. de legat. 3. Quod

quidem quanuis possit ex verbis elici Martiani, ab ipsis tamen sensu quam distet, non ignoror. Nolo enim obiciatur nobis idem, quod Accurso in Rubrica de summa Trinitate numero. 6. obiecimus. Nec enim deerit, qui tali arrepta occasione statim se putet corniculum oculos confixisse. Quod si seruus aduersus hanc prohibitionem sciente, & non contradicente domino ad ordines promotus fuerit, statim liber efficitur nulla domino restitutione facienda, Angel. verb. seruitus. §. 4. si domino ignorante, distinguendum est inter minores, & maiores, si ad minores deponitur, & domino restituitur, si ad maiores, liber efficitur domino ab ordinatore, si conscientius fuerit, restitutione facienda, iuxta cap. si seruus sciente. 54. distin. si vero nec ordinator fuerit eius rei conscientius, tunc admittenda erit distinctio gloss. opt. & omnino in hac materia videndae in cap. 2. verb. deponatur, hoc tit. Verum de hac Rubrica factis. Nos, ne congelemus otio, pergamus iam ultraius,

Dum siccata tellure licet, dum nubila pendent.

A D R V B R I C A M

de obligatis ad ratiocinia.



Quia Rubrica est in manibus, ad quam eò libentiūs accedo, quo rarior fit illius ab scribentibus in iure mentio: omne enim, quod rarum est, plus appetitur, cap. legimus. 93. dist. prosequitur in ea pontifex materiam eorum, qui ordinari prohibentur, eamq; optimo iure post Rubricam de seruis non ordinandis disponit; Est enim obligatio ad ratiocinia alterum seruitutis

seruitutis genus, vt mihi expressè probat text. in. c. vnic. huius tit. ibi, antè libertatem. Nec enim liber est, qui ad rationes reddendas in iudicium vocari, & litibus infestari potest, quiq; expositus est ad ancipitē fori aleā, molestiamq; subeundam, que infertur illi, à quo aliquid iudicio petitur, l.l. in fin. C. de nundin.

2. Vetat igitur pōtifex in hac Rubrica, ne alicui muneri, & officio obligatus, antequam se ab illo explicet, & ratiocinijs redditis liber sit, ad sacerdotium admittatur, rationemq; reddit, quia traducit, & infamat Ecclesiā tale cōsortium. Nec enim debet saeculi actionibus esse implicati, qui in clero Ecclesiæ suscipiuntur, ne, dum in ecclesiastico habent non dissimiliter, quam prius vixerant, viuunt, non videantur saeculum fugere, sed mutare, cap. lege in. 53. dist. Adde, quod quemadmodum conditoribus vrbiū est infame contraxisse aliquam perniciem cōteris gentē autore Quintil. lib. 3. c. 9. ita etiam infame exit Ecclesiæ viros muneribus, & officijs distractos, varijsq; occupationibus detētos ad sanctissimum sacerdotij otiū, atq; quietem aduocare. Cum enim, vt est in proverbio, in suo quisq; fur officio, alteri illi simili, plus aloes, quam mellis habet, quis dubitat, quin Ecclesiæ gignat infamiam illorum hominum receptio, de quibus officijs, muneribusque distractis sinistra suspicio esse potest: præsertim, si credas illis, qui maiorem hominum partem officijs, administrationibus, & artibus abuti putant, de quibus magnus Nauar. in cap. negotium à princip. de poenit. distinct. 5. Quid illa, qualia sunt? Quo iure enim Leuitas, hoc est, Sacerdotes, Ecclesia crearet eos, in quos Leuitæ nominis significatio nō cadit? Leui enim significat ipse mihi, vt eleganter docet Philo Iudeus in lib. de Plantatione Noe explicans verba illa Numer.

236 *De obligatis ad ratiocinia.*

Numer. cap. 18. Deuteronom. 10. & 181. & Iosue. 13. Non enim tribui Leui portio, neque hæreditas inter filios Israël, quia Dominus ipse hæreditas eorum est: perfectè, inquit ille, purificata mens, quæ se abdicauit creaturis omnibus, procùl dubio nihil nouit præter illum ingenitum, ad quem accessit, & à quo recepta est: quis enim potest dicere, ipse mihi solus est Deus, nisi, qui nullam istarum inferiorum rerum amplectitur, quod est, institutum Leuiticum. Interpretatur enim hæc vox, ipse mihi, quòd apud alios alia sit impressio, apud hunc solum ille Opt. Max. autor omnium rerum. Legislator igitur eos, qui non cupiunt creatis rebus ditescere, sed potius increatis, & æternis, docet per hoc fastidire, quidquid genitum est, præ ingeniti familiaritate, seu amicitia, quem solum habet pro diuinarum, felicitatisque fine perfectissimo. Quem Philonis locum affert D. Ambros. suppresso ipsius nomine, vt sàpè fecisse deprehenditur, in tractatu in Psalm. 118. sermo: 8. exponens ea verba Psalm. Portio mea, Domine, dixi, custodire legem tuam. Quàm rarus, inquit Ambrosius in terris, qui hoc possit dicere, quod dicit Rex Propheta, Portio mea Domine, &c. quàm alienus à vitijs, quàm segregatus ab omni labore peccati, qui nihil habeat commune cùm sæculo, nihil huius mundi vendicet sibi, in quo non sit corporalium possessio cupiditatum, quem non inflammet libido, non stimulet quaritia, non lasciuia effærinet non sternat ambitione, nō maceret inuidia, non deniq; aliqua negotiorū sacerularium cura sollicitet: verus enim minister altaris Deo est natus, non sibi: Leui enim, vt habet interpretatio, significat ipse mihi, vel ipse meus. Hæc Ambros. qua etiam de remide eundem de fuga saceruli relatum in cap.

cui

237 *De obligatis ad ratiocinia.*

cui portio, & Hieronymum in cap. clericus. 12. quæstio. 1. Cùm sit igitur Leuita idem, quod ipse mihi, longè profecto est, vt leuita creandus sit ille, qui negotijs, & officijs sacerularibus inseruit, cui non solus Deus curæ, non solus instar omnium Deus est. Quòd si huiusmodi homines & officia deposuerint, & rationes reddiderint, libere poterunt ad Ecclesiæ sinum confugere, ordinibusq; decorari. Nec enim satis est administrationes deponere, sed oportet etiam, vt deponens rationes reddat, & ab omnibus debitibus se exoluat, si enim reliquator fuerit, ordinari non poterit. Est autem reliquator, qui integrum non soluit, sed æris alieni partē seruauit sibi, quod iuris verbum tam male intellexit Accurs. in l. locatio. 9. § reliquatores, verb. reliquatores. ff. de publican. vt necesse fuerit eius explanationem petere à Rhodigin. lib. 14. lect. antiqu. cap. 29. Alexand. ab Alexan. lib. 1. Genial. dier. cap. 7. Nec facienda est distinctio inter ratiocinia publica, & priuata, vt facit Hostien. h̄c num. 5. Abb. 3. ad vtraque enim obligatus indistinctè ordinari non potest, vt melius existimat Innocent. in cap. vnic. huius tituli. num. 3. in fin. sicuti neque etiam inter administratores miserabilis, & non miserabilis personæ, vt nempè priores promoueri possint, posteriores non possint, quam facit Hostiens. Abb. & Innocent. d. locis loquuntur enim omnes contra expressa verba tex. ibi, pupillorum. Cùm sint enim pupilli inter miserabiles personas reputandi ex Rub. & l. vnic. C. quando imper. inter pupillos, vel viduas, Couarru. latè practic. cap. 6. & 7. & pupillorum curatores expressè in hoc text. ab ordinibus excludantur, videtur doctores dormitare, dum miserabilium personarum administratores ad sacerdotium admittunt.

3 Licet

3. Licet autem disputaretur olim, utrum ad ratiociniaz obligati religionem profiteri possent, eaque de re tractatum ediderit Gers. 2. part. suor. operum, tractatu, an liceat onerato: hodiè Motu proprio sanctissimi Sixti V. cuius súprā in rubrica de filijs presbyterorum mentionē fecimus, constitutum est, ut huiusmodi debitibus onerati à religio- nis ingressu repellantur.

4. Nostri tamē occasione textus difficilis ab scribētibus mouetur quæstio, an laicus committens crimen, si clericus, vel monachus efficiatur, coram iudice laico conueniri debeat, cui tēpore cōmissi criminis subijciebatur. Quod licet ad nostrū text. non multū faciat, increbruit tamē antiquitatis vitium in recentiores usque Iurisconsultos, ut inquit Rainald. lib. 1. indagat. cap. 1. vt piaculum fuisse du cant, si vel unam antiquorum quæstionem, quanuis à proposito abhorrentem, silentio prætermiserint. Mihi igitur, qui in eadem sum natū, ab antiqua consuetudine non est animus dissentire. Sunt igitur variae hac in re scriben- tium opinones, quibus adeò in iure nostro tenentur omnia, ut nullus penè locus veritati relictus sit. Omis̄sis ve- rò, quæ latè per Abb. in cap. 1. huius tituli numer. 4. va- rias recitantem sententias afferuntur, per Ias. & nouio- res in. l. cùm quædam. ff. de iurisdic. omn. iud. per Ioan- nem Bertachinum in tractatu de episcopo. num. 46. Ste- phanum de potestate sacerulari Reg. 1. numer. 21. illud sit certissimum, quidquid in alijs priuilegiatis sit, in qui- bus communis est sententia, ut si cæpta sit lis, coram eo- dem iudice finiri debeat seruata. l. vbi cæptum. ff. de iudic. idque argum. cap. proposuisti, de foro competent. si non sit cæpta, profit mutatio: Certissimum sit, inquam, clericatu, vel monachatu superueniente ita sacerularis iudicis.

Judicis iurisdictionem extingui, ut ab illo nec de crimine in iudicio antē utrumque agitato cognosci possit. Quòd, quanvis iure Cæsareo cōtrouertatur, ut videre est per do- ctores ubi suprā, Portugallensi manifestū est iuxta Ord. in. 2. titul. 1. §. 4. ibi, *E esto, quanto ad cinclemente, e mais naõ*: quod idem habetur in mea antiquiore editione. d. lib. titul. & §. aliquibus tamen superfluis. Quæ posterio- ra verba, *E mais naõ*, licet non adderentur, satis per ar- gumentum à contrario ex dict. Ord. probaretur laicum clericum effectum non posse coram iudice sacerulari de eo crimine conueniri, de quo coram eodem antē clerici- cum conuentus fuerat. Argumentum enim à contra- rio sensu validissimum est in iure. l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, cui mandata est iurisd. cap. cùm Aposto- lica, his, quæ fiunt à prælat. Auendanhi de exequen- dis mandatis capit. 1. numero. 15. Quinimò & ex men- te legis, & verborum proprietate elicetur, ut mihi aper- tè probat text. in. l. iuris gentium. §. ait prætor, iuncto §. dolo malo. ff. de pact. Ait inquit, prætor pacta con- uenta, quæ neque dolo malo, neque aduersis leges fa-cta erunt, seruabo. Deinde subiicit: dolo malo ait præ- tor pactum se non seruaturum. Ergò, quod ex verbis prætoris per argumentum à cōtrario colligebatur, quod- que explicitè præter non dixerat, dixisse prætorem Iu- risconsultus ait: tanta vis est argumenti à contrario sen- su. Cui tamen scio haud esse usque adeò deferendum, ut admittatur, quando contrarium in iure expressum fuerit, propter reg. cap. cùm expediāt, de elect. lib. 6. iuncta do- ctrina gloss. recept. verb. petere in cap. cupientes. §. quòd si per. 20. eodem tit. & lib. comprobat Abb. in. d. cap. cùm Apostolica. num. 8. Tiraquel. de Nobilit. cap. 20. num. 69.

Gutier.

Gutier.canonic.quest.cap.22.num.23. Marcus Salon de pace.1.part.consil.consil.19.num.14. Adde, nec quando ius ea de re fuerit obscurum: eo semper obseruato, vt minimum, si possit fieri, operetur, iuxta cap.cum virum, ibi, cum de ea re recte possit intelligi, de regular.

5. Et superior quidem sententia usque adeò vera est, vt si clericus coniugatus sine habitu, & tonsura delinquens reperiatur, amittatq; priuilegium ex cap.1. de cleric.coniug.lib.6.innonato per Trident.sess.23.de reformat.cap.6. cumq; à potestate sacerulari compedibus detineatur, solitus illis aufugiat, rursusq; habitum, & tonsuram defens deprehendatur, non à publico, sed ab ecclesiastico iudicandus sit, quod audiui senatoribus nostris vix persuasum, & miror non aduertisse Couarru.practic.cap.31. à num.6.dum de varijs horum coniugatorum priuilegijs latè differit.

6. Addiderim postremo loco in his, qui, postquam crimed commiserint, & de illo infamati, & à publicis magistratis bus perquisiti fuerint, ad clericatus asylum se contulerint; illud esse obseruandum, quod Ioannes. III. cùm consilio maiorum gentium senatorum Lisbonæ statuisse fertur an no. 1547. vt, si notoriè, & publicè non constet, utrum hi clerici, & beneficiati sint, coram eodem iudice laico compareant, & status sui mutationem verè, & manifestè probent, vt ita ad ecclesiasticum ipsorum crima deferantur, quod habetur inter extrauagantes regni nostri. 2.part.iii. 4.l.5. Et hæc quidem resolutio, & ordinationis nostræ intellectus cùm mihi, & iure, & ratione nisi videretur, vix dici potest, quām mihi met placere, dūm legens posteā primum Vallasci nostri Consultationum, ac rerum iudicatarum tomum consultat.48. viderem eadem fere, quæ senseram,

séram, sensisse illum doctrina tamen, & eruditione, & autoritate tam impari, quam iudicare possunt omnes, qui senem cum iuuene, primarium professorem cum bacchalaureo, expertissimum cum inexperto, emeritum maximi iudicij, & prudentiæ, & famæ virum cum rudi, & illiterato, & ignoto tyrone conferat. Sed, quoniam de obligatis ad ratiocinia, quæ satis erant, dicta sunt, descendamus ad corpore vitiatos: Sumus enim pollicitis nostris ad Rubricarū omnium ratiocinia obligati, quod si effecerimus, tunc demùm pariata tolletur obligatio.

S A D R V B R I C A M

De Corpore Vitiatis.



Orporis vitium usque adeò in sacerdotibus semper exosum fuit, vt vel ab ipsis æthnicis à sacerdotio excluderentur illi, qui deformi, & vitioso corpore notarentur. Id cùm olim à Lodouico Cælio perdiscerem lib.7. lect.antiq.cap.2. scriptum inueni posse apud Couar. in Clem. si furiosus.1.part.num 5. quem miror ipsius Cælij, cuius sèpè mentionem facit, eo in loco non meminisse, cùm tamē illa omnia ab ipso Cælio transcriperit. Nam & ex Plinio scribit M. Sergium de rebus strenue à se gestis orationem habuisse, cùm à sacris arceretur, vt debilis, quod refert etiam Alex.ab Alex.lib.6. c.14. & ex Seneca M. Metello sacerdotium denegatum, quod conflagrare Vestæ templo, dūm Palladium abstulit, oculos perdidit: Sacerdos, inquit Seneca, non integri corporis

poris, quasi malū omnis res vocanda est: hoc in victimis notatur, quanto magis in sacerdotibus: & ex Halicarnæo Dionysio sacerdotes lectos à Romulo genere excellentes, simul & virtute præstantes, nectamen inopes, aut corpore vlla ex parte truncos. Ex quibus verbis appetit vitata esse apud veteres in sacerdotibus & animi, & corporis, & fortunæ vitia, quod ab institutis nostris non abhorret: patet enim cætera, & quod de inopia dicitur, bene quadrat cum Trident. sess. 2 r. de reformat. c. 2. qui nemini ad sacerdotium aditum aperit, nisi ei, qui beneficium ecclesiasticum, aut sufficiens, vnde commode sustentari possit, patrimonium obtinuerit. Verum non in sacerdotibus solùm hoc apud Aethnacos obseruabatur, sed in virginibus quoquæ vestalibus, quas, vt me docuit Tiraquel. in l. 2. connub. & Tiraquellum Aulus Gell. lib. 1. cap. 12. & Fenestella de magistratibus Romanis cap. 7. capi fas non erat, si lingua debili, sensuè aurium diminutæ, aliauè corporis labe insignitæ essent. Qua occasione D. Hieronymus ad Demetriadem parentes incusat, qui dant ex liberis deformes, & vitiosas Deo, religionique, formosiores coniugio, hominibusque daturi. Qua in re quam vehementer errat, & ex æthnicorū consuetudine constat, & ex eo apertissimè, quod vitium corporis, vt statim dicemus, vitiosi animi est symbolum, isq; à Deo dicatis virginibus procūl abesse debet, vt docet Greg. Nazianzen. aduersus mulieres se se ornantes, & excolementes, sic enim de his, quæ Deo nubunt: Atq; illud quoq; velim ne ignores rugam vnam tibi turpiorem esse, quam maxima, & grauissima vulnera his, qui in mundo viuunt; quo maiori studio tibi prospiciendum est, nè quid professione tua indignum admittas: neq; enim tam notabile, ac conspicuum in sordidis,

quam

quam in puris, vniusq;, & eiusdem coloris vestibus labes aliqua fœditatem habens.

2 Hæc apud Aethnacos: in lege verò Mosis eadem obseruatio vigebat, vt constat ex Leuitic. cap. 2 r. loquere, inquit, ad Aaron, homo de semine tuo per familias suas, qui habuerit maculam, non offeret Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si cœcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus. Quorum verborum allegoriam explicat diuinus Gregor. 1. part. pastoral. capit. 11. & refertur à Gratiano in capit. hinc etenim. 49. distinct. Non solùm autem ea lege deformes sibi offerre, aut sacrificare prohibebat Deus, sed etiam offerri, aut sacrificari deformia, vt constat ex Deuteronom. capit. 15. ibi, Sin autem habuerit maculam, & vel claudum fuerit, vel cœcum, aut in aliqua parte deforme, vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo, & ex toto capit. 1. Malachiz prophetæ.

3 Ad huius antiquæ legis exemplum catholici Pontifices, quemadmodum & in decimis, & multis alijs, quæ suo loco dicemus, sunt idem corporis vitium in sacerdotibus detestati. Cuius prohibitionis manifestissima est ratio. Cum enim Ecclesia catholica non habeat maculam, neq; rugam, autore D. Paul. ad Ephef. 5. & turpis sit pars, quæ suo non congruit vniuerso. cap. quæ contra mores, 8. distin. indecens, & in honestum erat, si maculam, & vitium patientes ecclesiasticis manciparentur officijs. Id enim ex verbis Leuit. appetit, qui habuerit maculam, non offeret Deo suo, hoc est, non mancipetur Ecclesia

non habent maculam. Adde, quod si incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis, ut ex August. docet Gratian. in cap. vlt. 41. dist. multò magis inæqualitatem illam indicabit vitium corporis, quod plerunque vitiōsi animi symbolum esse solet iuxta illud vulgare, Caeus ab his, quos natura signavit. Quod & ex ipsis medicis maximis naturæ humanæ scrutatoribus comprobatur, inter quos Rafis lib. ad Almansorem. 2. cap. 33. cuius, inquit, facies est deformis, vix potest habere bonos mores, & Galenus Homerus medicorum lib. 2. de temperamentis, cap. 6. naturam ait membra componere, prout moribus animæ conuenit. Unde & facetè, & philosophicè Martialis in quendam Zoilum:

*Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine lefus,
Rem magnam p̄f̄tas, Zoile, si bonus es.*

Quapropter reprehendendus non est Bartholameus Capra Mediolanus antistes, qui, ut ex alijs refert Tiraq. vbi supra, dicere se solebat idcirco ministros forma p̄stantes quæsiuisse, quoniam turpes animi turpia corpora incoherenter; improbitatem autem in egregia forma perraro compertam esse. Sic meritò ingeniosissimus quidam ex nostris ministris quendam ecclesiasticum p̄stanti forma p̄ditum egregio epigrammate celebrait, cuius hæc erant priora carmina:

*Vidi ego nescio quem fundentem altaria circùm
Thura hominum oculis dulcia, grata Deo.
Aut erat æthereus mortali in ueste minister,
Aut si mortalis, æthere dignus erat.*

Quid, quod virtus ipsa corporis usque adeò Deo displicet, ut communis sit Theologorum opinio cum Magistro in distin. 44. corpora Sanctorum in supremo iudicio sine

villo

illo vitio surrecta; damnatorum verò cùm vitijs, quæ fortè habuissent in vita, ad eorum confusionem, suppliciaque adaugenda, ut docet dict. loco D. Bonaventura, quem nuper cum maximo totius Ecclesiae applausu sanctissimus Sixtus V. in doctorem Ecclesiae leuauit illis adnumerandum, de quibus Bonifac. V III. in cap. vnic. de Reliq. & Venerat. Sanct. lib. 6. Sed, quoniam non omnia corporis virtus promotionem impediunt, conclusiones aliquas constituamus, ex quibus, quid in hac materia seruandum sit, colligatur. Concedat enim Plato, ut hoc in loco Couar. iudicemur, qui in hac materia per regulas discurrevit, quanvis non ignoremus vilissimos hominum ab ipso imitatores existimari, quos dici etiam ab Horatio seruum pecus inquit Politianus in prælectione, cui titulus Panepistemon. Id verò gratia facilioris faciemus doctrinæ: ut enim Sertorianus valentissimus miles totam semel equi caudam manu comprehensam auellere non potuit, quam debilis, & imbecillus lixa setas ipsas singulatim carpens minimo negotio depilauit: ita cōgesta in unum aceruatim ediscere, aut explicare difficultum est, facillimum autem separata, atq; digesta.

4. Omnis itaq; , qui eam membra vel debilitate, vel deformitatem patitur, ut nec securè propter debilitatem, nec sine scandalo propter deformitatem ordinis exequutioni adesse possit, ab illius receptione est omnino eliminādus. Quæ conclusio deducitur ex. c. 2. de cleric. & grot. ex. c. 2. huius tit. ex Couar. & , qui ab illo citantur, vbi supra vers. prior regula. Et in hoc quidē casu sola Pontificis maximi dispensatio impedimentum tollet, sicuti regulare est in his irregularitatibus, ex Innoc. & alijs citatis ab eodem Cou. vbi supra num. 7.

Q 3

5 Secunda

Secunda verò sit conclusio: Omnis ille, cui tale membrum deest, ut sine scandalo celebrare possit; si membrum illud culpa sua non amisit, à sacerdotio non arcebatur: si amisit, arcebatur. Vnde, cui vel vi, vel incunabulis, vel medicorum consilio metu imminentis periculi virilia fuerint amputata, ordinari potest: Cui verò volunti, & carnali vitio repugnare forte cupienti, non potest. Hæc conclusio quoad prius membrum probatur ex cap. 3. & 5. huius tit. ex cap. Eunuchus, ex cap. si quis pro ægritudine, ex cap. si quis in infirmitate, ex cap. lator, & multis ibidem. 55. distinct. Quoad posterius, ex capit. 4. huius tit. ex capit. si quis absciderit, cum tribus sequentibus, ead. distinct. Quod verò glos. obijcit de Origine in dict. capit. si quis absciderit verb. clericus, qui, ut refert Eusebius in historia ecclesiastica lib. 5. capit. 6. virilia sibi amputavit, ut posset inter foeminas securè viuere, quæ doctrinæ gratia ipsius domum confluabant, eam basilicam, nō domum facientes, latè reprobat Couar. ubi supra num. 6. vers. quod autem, Originem reprehendens, qui verbum illud Christi Domini Matth. capit. 19. quia sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum Dei, secundum sensum historicum, & simplicem intelligentiam existimauit, cùm tamen aliud longè diuersum Christus Dominus inculcauerit, & non de Eunuchis, seu spadonibus, qui libidinosi esse possunt, sed de his, qui debet lato vxorio affectu ab uxore ducenda se abstinerint, loquutus fuerit, ut docet August. lib. vnic. de sancta virgin. cap. 23. & 24. Basilius Magnus in alio eiusdem inscriptio- nis libro.

6 Tertia conclusio talis sit: Qui partem amisit alicuius
membri, vt potè exiguum partem digiti, vel vnguem,
qua

qua amissa, & potest, & sine scandalo, celebrare, si sine culpa amisit, sine ylla dispensatione ordinari poterit: si culpa sua, episcopi dispensatio requiritur, quæ ad tollendum impedimentum illud satis erit. Cuius conclusionis pars vtraque constat ex cap. i. & vlt. huius tit. in ultimo enim agitur de eo, qui amisit vngulam pollicis: in primo de illo, qui partem digiti: & licet in hoc postremo casu cap. i. de cleric. pugnant. in duel. potestatem dispensandi videatur episcopo denegare: capit. tamen illud tunc loquitur, cum homicidium, vel membrorum diminutio subsequuta est. Unde ad partem digiti non est trahendum, cum non solùm pars digiti, sed ne ipse quidem digitus membrum sit, ut colliges ex Angel. verb. homicidium. 5. Couar. in dict. Clem. sisuriosus. 3. part. in initio num. 8. Quarta conclusio sit hæc: ad hoc impedimentum nihil interest, desit, vel supersit membrum, taliter sit deformitas, ut sine scandalo celebrari non possit, quod totum episcopi arbitrio relinquitor, iuxta. c. 2. huius tit. & commentum scribentium sententiam, de qua magnus Nau. in Man. cap. 27. num. 266.

8. Illud vero vltimo loco est adnotandum hæc omnia, quæ diximus, in illis tantum obtrinere locis, qui ad ordines suscipiendos aspirant: non vero in eis, qui iam sunt ordinati: hi enim, quod integrum acceperunt, non amittent. c. præcepta. 55. dist. solùmq; id ordinis ministerium non exequentur, quod ipsum corporis virium, insignisue deformitas impediatur. Idq; aperte docet. cap. 2. de cleric. ægrot. & ex eo vltra alios Villadiego in tractatu de irregularitate. c. de corpore viriatis. Sed quid plura de corpore vitiato?

Eccum habet in cornu, longe fuge:

Veniamus ad bigamos, profanos homines ab ecclesia ingressu iuris flagello exacturi.

J A D R V B R I C A M

De Bigamis.



Patiantur doctores nostri in huius Rubricæ tractatu. Nam & vñtrâ ordinarios latè de illo disputant omnes de irregularitate scribentes, & Hostiensis noster post ipsum vestibulum arborem quâdam constituit, quæ patulis diffusa ramis præbet speciosius, quam vtile studiosis omnibus spectaculum. Agunt in ea Pontifices de alio ad suscipiendos ordines impedimento, quod, quæ admodum de corporis vitio suprà diximus, & apud Aethnicos, & apud Iudæos olim fuit. Nam inter viginti duo quæ de Flamine Diali ex libris de sacerdotibus publicis, & Fabij pictoris se collegisse affirmat. Gell. lib. 10. c. 15. illud vñdeuigesimo loco refert, vxorem si amisit, flaminio decedit. Cuius decessus illa erat ratio, quod duo Pontifici maximo iterare matrimonia non licebat, vt ex Tertulliano probat Couar. in Clemen. si furiosus. 1 part. §. 2. num. 1. vbi, in meis saltē codicibus, Gellius citatur cap. 15. typographi iniuria lib. prætermisso. Sed & ex eodem Tertulliano, & Hieronymo, & alijs id constat apertiū, quos citat idem Couar. dicto loco. vbi & illud reperi, quod apud Codium adnotaueram lib. 15. cap. 22. Gorgophonem Persei filiam primam omnium mortalium secundis

secundis nuptijs aperuisse aditum, cum mortuo priore coniuge secundo loco nupsit Cebalo, vt Pausanias attestatur. Licet autem in veteri testamento vera bigamia non fuerit, quæ ex secundis nuptijs contrahitur, fuit tamen illa, quæ ex corruptæ matrimonio, vt constat ex Leuitic. cap. 21. ibi Scortum, & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam, quæ repudiata est à marito. Sed nos ad nostra tempora veniamus.

2 Ex bigamo, vel digamo, qui propriè ille dicitur, qui binas uxores duxit: γάμος enim græcè nuptias significat: bigamia, vel digamia deducitur, quæ autore Hostiens. hīc num. 1. nihil est aliud, quam irregularitas ex defectu proueniens sacramenti: Cūm enim irregularitas sit impedimentum canonicum ex facto, seu defectu proueniens, quo quis prohibetur ad ordines promoueri, vel in eisdem ministrare, vt cum vulgari doctorum definitione interim transeamus, de qua Couar. in dict. Clem. in principio; Irregularitas, quæ ex facto prouenit, est illa, de qua Deo duce dicturi sumus in rubrica de homicidio; quæ est ex defectu, est ista, de qua agimus in præsenti: dicunturque irregulares, qui alterum ex his defectibus patiuntur, quasi extrâ regulam eorum, qui sacris iniciari possunt, vt eruditè docet Couar. vbi suprà. Est autem hoc impedimentum in Ecclesia vetustissimum, nempe quod cum ipsis Ecclesiæ fundamentis inductū fuit. Nam & illius meminere Apostolorum Canones. 17. & 18. relativi in capit. si quis post. 33. & capit. si quis viduam in. 2. 34. distinct. & D. Paul. 1. ad Timoth. cap. 3. oportet episcopum esse vijnus uxoris virum. Ex quibus duo tantum bigamia genera colliguntur, veræ, & interpretatiæ, quibus nouiores similitudinariam adiungunt. Vera bi-

Q5 gamia

gamia est illa, quam incurrit maritus secundas nuptias contrahens, de qua agit dict. Canon. 17. & dict. capit. si quis post, & D. Paul. dict. loco: Interpretativa, quam viduam, vel corruptam ducens vxorem, de qua dict. Canon. 18. & dict. capit. si quis viduam, capit. curandum, cap. si quis de laicis. 34. distinct. cum alijs; Similitudinaria denique, quam, qui post votum solemniter emissum, vel maiores ordines susceptos matrimonium de facto contrahere attentat: censetur enim iste secundas nuptias attentare, qui Deo, vel Ecclesiae despousatus erat, cap. 2. de translat. episc. & de hac agit cap. vlt. huius tit. c. quotquot. 27. quæst. 1.

3 Illud autem hisce tribus bigamiæ generibus commune est, quod nihil refert, virum matrimonium sit iure validum, vel invalidum, dummodo interuenierit non concubinarius, sed coniugalis affectus, capit. nupèr, hoc tit. Et, quod, ut singulæ incurvantur, carnis commissio necesse est intercedat, capit. debitum, eod. tit. Quod quidem vel ex ipsa ratione, ob quam bigamia inducta fuit, aperiùs constabit. Cum enim matrimonium aliud sit ratum, & aliud consumatum, & ratum significet uniuersum inter Christum, & Ecclesiam per charitatem; consumatum vero per carnis assumptionem, quæ est integræ, & perfectæ matrimonij significatio; manifestè patet in secundis solum nuptijs, matrimonioque corruptæ, vbi carnis commissio intercedit, matrimonij consumati significationem deficere, quæ, cum sit unus Christi ad unam Ecclesiam, & incorrupti ad incorruptam, nec est in secundis nuptijs, quæ non sunt unus, sed plurimi, nec in matrimonio corruptæ, quæ incorruptam Ecclesiam designare non potest: Vnde sanctissimi patres i-

stissime

stissimè induxerunt, vt, qui talem in sacramento matrimonij defectum pateretur, reputaretur inhabilis ad sacramentum ordinis. Videbatur enim iniquum, vt sacramenta ministrare posset in sacramentis defectum patiens. Quæ ratio colligitur ex multis, quas affert glos. in summa. 26. distinct. Abb. in hac rubrica, Montaigna in tractatu de bigamis, quæst. 1. Thom. Ioannes, Hostiens. & alij, quos citat Couar. dict. §. 2. num. 3. versic. huius verò.

4 Oporteret tamen, vt tractatus iste bigamiæ dilucidè explicetur, singulas illius species suis declarationibus percurramus. Quod igitur ad primam attinet, prima sit declaratio, quod nihil refert, ex illis duobus matrimonij alterum, vel utrumque sit invalidum, dummodo alterum, vel utrumque de facto attentetur. Consideratur enim ad bigamiam inducendam non solum defectus sacramenti, sed affectus intentionis, quod colligitur ex cap. nupèr, hoc tit. Licet enim verè bigamus non sit, nisi, qui duo validè matrimonia contraxit, ob voluntatem tamen, quam aliquis duo matrimonia contrahendi habuit, ex quibus defectum in sacramento passurus erat, similitudine quadam bigamus reputatur. Hoc enim denotat verbum, tanquam, in d. c. nuper. Licet non me fugiat verbum illud aliquando similitudinem, aliquando veritatē significare tam apud sacras literas, quam apud nostros, vt constat ex illo Act. c. 2. & apparuerunt illis linguae disperitæ, tanquam ignis, vbi similitudinem, & ex illo Ioan. 1. gloriam, quasi unigeniti, vbi verbum, quasi, quod idem est, actanquam, essentiam, & veritatem designat. Quod quidem, antequam nostra viderem, ex quibus satis erit legere glos. in. c. parrochianos verb. quasi, de decim. text.

in l. 1.

in.l.1. C. de hæred. instit. in capit. solitæ, de maiorit. & ibi glos. verb. tanquam cum alijs, de quibus per Boër. decis. 44. num. 29. didici olim ex Leonora de Noronha Fernandi Marchionis Villareensis filia in historia nostræ redēptionis, quæ tantæ eruditio[n]is fœmina in omni genere disciplinarum fuit, vt nec Corneliae Gracchorum matri, nec Lælij, aut Hortensi filiæ eloquentia cederet, & si contra Theophrastum scripsisset, nunquam pro uerbo locum daret, suspendio arborem eligendam. Cuius quidem mentio eò maiori iucunditat[i] mihi fuit, quò clariùs eius exemplo cadit illorum error, qui Lusitaniam accusare audent, quæ, vt sit illustrium virorum fera[x], præclaras tamen fœminas non progeneret; cùm ex illis aliæ & mathematicas, & poëticas, & reliquas artes coluerint, aliæ sacra Palladis non solùm inermis, sed armatæ, ferro assumpto, positisque, vt de Venere Europæam traiiciente Plutarchus ait, speculo, cestoque: ex quibus adhuc supereſt, & exornatætatis nostræ gloriæ sacerdolorum memoria digna, quæ olim nominabitur, nunc intelligitur. Sed me contineo, ne forsan amor patriæ longius aberrantem ducat. De fœminis verò, & literis, & bello claris vide Quesadam, & ab eo relatos diuersarum quæſtionum iuris cap. 7.

5 Secunda declaratio sit, quòd minus interest, vtrum aliquis duas vxores post baptismum, vel unam antè, & alteram post, aut antè utrunque habuit: nec enim baptismo bigamie irregularitas extinguitur. Qua in re omissa D. Hierony. Epist. ad Oceanū relato in.c. vnius. 26. dist. qui diuersæ opinionis fuit, frequenti sententia ad D. Aug. omnes accesserunt, in lib. de bono coniugali. c. 18. 6. tom. suorum operum, relatum in cap. acutiūs, eadem distin-

quem

quem sequutus est Innocentius Pontifex in cap. deinde, & Ambrosius in cap. vna.d. dist. Rationibus autem, quæ pro Hieronymo afferuntur (nec enim vir doctissimus quidquam, quod non rationibus niteretur, sensisset unquam) respondet latè Couar. d. 1. part. §. 2. num. 5. quibus & illud addit, quod me potissimum in Augustini opinionem trahit, Sacramentum coniugij non solùm apud fideles, sed etiam apud infideles existere, & exinde effici, vt bigamia, quæ ex secundis nuptijs incurritur, ex nuptijs in infidelitate contractis incurritur, quæ Sacramentum legis naturalis sunt, & suam etiam significationem unionis inter Christum, & Ecclesiam fortuntur: esse enim apud infideles Sacramentum coniugij probat cap. gaudemus, de diuort. ibi, cùm Sacramentum coniugij apud fideles, & infideles existat, & cap. vlt. de transact. ibi, coniugij Sacramentum, quod cùm non solum apud Latinos, & Graecos, sed etiam apud fideles, & infideles existat, &c. ad quæ verba plurimi ex scribentibus, quasi ad scopulum, impegerunt. Nec enim admiserim opinionem eorum, qui matrimonium infidelium verum esse Sacramentum existimarent, è quibus extitit Abb. in cap. de infidelibus, de consanguin. Imm. in dict. capit. vlt. de transact. num. 3. & plæraque ex glossis nostris. Quî posset enim fieri, vt, cùm baptismus sit omnium Sacramentorum ianua, cap. vlt. de presby. non baptif. vbi baptismus non præcessisset, Sacramentū nullum existaret: Nec etiam opinionē Couar. 2. part. de sponsal. c. 1. §. vnic. num. 4. qui putat matrimonium apud infideles Sacramentum esse habitu, non astu: Licet enim hæc sententia iuuari posset ex sententia illorū, qui matrimonium infidelium, si ad fidem cōuertatur, statim Sacramentum reddi existimant non solùm nouo con sensu

sensu adhibito, ut voluit Ioan. Echius homil. 73. de matrimonio, Palud. in. 4. dist. 26. quæst. 4. Antonin. 3. part. titul. 14. cap. 9. §. 3. sed nullo etiam adhibito, ut melius existimat Speculum coniugiorum. 2. part. art. 36. quanuis non hoc ita esse putet Durand. in. 4. dist. 26. quæst. 3. probabilitibus argumentis Sacramentum utroque casu negans, cuius autoritate & nos id problematicè defendimus in tertia conclusionum earum, quas publicè in nostro quinquennio ad vtranque partem disputauimus; sed sit sanè, nec est enim necesse omnia semper ad viuum refecare: Non est tamen par credere Pontificem per sacramentum in illis locis Sacramentum habitu, non actu intellectu, præsertim, cui suos effectus, & vires tribuere volebat. Quare portius crediderim ad significationem sacramenti recurrendum esse, quod, cùm sit sacræ rei signū, ut dictum est, in rubrica de Sacramentis non iter. non inconuenit apud fideles, & infideles esse, diuerso tamen modo, apud infideles imperfectum, & significans tantum, nō efficiens, apud fideles significans, & efficiens, hoc est, gratiam conferens. Nec negotium faceisset, si dixeris Sacramentū, cùm ad coniugium refertur, significare propriè Sacramentum nouæ legis gratiam conferens, ut videtur constare ex. c. quantò, de diuort. verba enim, cùm in eadem dispositione ad duas res referuntur, satis est, si in altera propriè, in altera impropriè accipiantur iuxta singularem doctrinam glof. in. l. 2. verb. manumitti. ff. de off. procons. Verbum enim manumitti in eo text. refertur tām ad emancipationem liberorum, quam manumissionem seruorum, cùm tamen in hac proprium, in illa improprium valde sit. Quare idē dixeris de Sacramento in. d. c. gaudemus, & d. c. vlt. accipitur enim propriè, dum ad fideles, impropriè, dum ad infideles.

fideles refertur, quod videmus Pontifices non sine exemplo iurisconsultorum fecisse.

6 Rationem autem, quare irregularitas homicidij antea baptismum commissi lauacro baptismi deleatur, ex cap. si quis viduam. 50. dist. idq; absque vlla distinctione iusti, vel iniusti, quam multi cum glof. in. d. cap. si quis viduam, verb. post baptismum otiosè faciunt, cùm tamen non tollatur irregularitas bigamiz, ut modò probauimus, pete à Cou. & ab eo citatis, vbi suprà.

7 Quod verò attinet ad secundam bigamiz speciem, quæ incurritur, cùm quis viduam, aut corruptam sibi in matrimonium adiungit, prima sit declaratio, quod vidua illa, ut efficiat maritum bigamum, oportet à priori coniuge sit cognita, quod & omnes de hac materia scribentes manifestè sentiunt, & ex cap. debitum, hoc tit. apertissimè appetit. Nec enim, vbi corporum commissio non intercedit, matrimonij Sacamenti signaculum deesse dicendum est, vt inquit Innoc. in. d. cap. & nos suprà in ratione huius irregularitatis probauimus.

8 Secunda declaratio sit, quod hæc bigamia incurritur, &, cùm quis corruptam vxorem duxerit, siue corruptio- nis conscius, siue ignarus, &, cùm virginem, quam postea alienis complexibus, & libidine pollutam carnali commissione cognouerit, quod probatur in cap. si cuius vxor- em, cum sequenti. 34. dist. Nam, simulatq; vxor maritalē thorū violauit, & ad violatricē maritus accessit, in significationem Sacramenti peccauit, bigamiamq; incurrit. Vnde nihil refert, accesserit inépræcepto Ecclesiæ, an sponte, fuerit in conscius adulterij, an ignarus: nufquā enim attēditu culpa mariti, sed defectus Sacramēti. Quarè audiēda non est glo. in. c. super eo, verb. in bigamis, hoc tit. quam multi sequun-

sequuntur, existimans maritum ad adulterā accedentēm manere bigamum, sed tūm demum, cūm scienter accessit; eo fortasse argumento mota, quod non videbatur æquum tām grauē sine culpa pœnā incurri, nec afflīcto afflictionem addi contra. l. iure succursum. ff. de iure dot. cap. ex parte, vbi glos. verb. afflīcto, de cleric. ægrot. cum vulgatis. Quod tamen argumentum nemo non videt, quām sit fragile, cūm in irregularitate nihil spectetur minus, quām culpa, qua sāpē innocentes, & laude digni afficiuntur, vt iudices ob irrogatam hominibus sceleratis necē. Si verò quārat aliquis, quæ sit causa, cur vxoris corruptio bigamiam inducat, non viri: nè decurras ad glos. in cap. debitum, hoc tit. verb. cognitam, cuius rationes refellit Thom. in. 3. sentent. dist. 27. quæst. 3. nec ad Tiraquel. in. l. 1. con-nub. qui instituto seruiens ad impudicitiam, quæ esset in fœminis turpior, quām in viris, id referre conatur: sed dic cum eodē Thoma idcirco ex corruptione viri bigamiam non contrahi, quia actus contrahentis matrimonium non cadit super se ipsum, sed super alterum coniugem. Vndē efficeret certè fornicatio viri vxorē bigamam, si fœmina non esset ordinis incapax, cap. noua, de pœnit. & remis. virum tamen ipsum efficere non potest.

9. Ad vltimam deniq; bigamiæ speciem, quæ est de illo, qui post votū solemniter emissum, sacrosuē ordines suscep-tos nauigare tentauerit, hoc est, vxorem ducere, vt lo-quar Augustini verbis in capit. nos nouimus. 17. quæst. 1. vltima sit declaratio, quod, cūm in ea nō defectus Sacra-menti, sed affectus intentionis consideretur, nihil interest, sitnē virgo, vel vidua, vel corrupra, quam hic sacrilegus conatur vxorem ducere: licet enim cap. vlt. huius tit. lo-quatur de diacono viduam ducēte, seruit tamen Pontifex consul-

consultationi propositæ iuxta gloss. verb. poteris, in cap. consultationi, de tempor. ordinat, idemq; in virgine, si fo-ret quæstio, responderet.

10. In his autem omnibus bigamiæ generibus summus Pontifex dispensare potest: cūm enim bigamia humanum sit inueniūm, & ab Apostolis, & Concilijs, non à Christo domino inuecta, vt patet ex libris nouæ legis, vbi de bigamia nihil à Christo Dño inductum legimus, & Maximus Pontifex suprà humanas leges constitutus sit, vt probatur in cap. proposuit, de concess. præb. & colligitur ex his, quæ de potestate Papæ vltra alios scribit latè Chaffan. in Ca-thal. 3. part. confid. 47. & 4. part. considerat. 7. longè erra-bimus, si dispensationē in hoc casu Pontifici denegemus.. Quare nimium otiosa est distinctio illorum, qui volunt Pontificē de potestate absoluta, non ordinaria in bigamis dispensare posse, de quibus Coua. d. §. 2. num. 4. quæ distin-ctio nimium suspecta est, & tyrannidem sapit; nec enim in principe vlla est absoluta potestas, sed ordinaria, vt benè probat idem Couarru. d. loco, & latius lib. 3. variar. cap. 6. num. 8. fateor equidē Pontificem non sine causa dispen-saturum, præsertim in primo genere, vbi aut rara, aut nulla prorsus erit dispensatio: si tamen dispensauerit, validè id. quidem, quanvis iniuste fecerit: substant enim principes le-gibus, si non quodad vim coactiuam, certè quoad directiuam, quas idèo sine iusta causa tollere, aut infringere non possunt, vt patet ex his, quæ passim doctores scribunt: imò secundūm eas viuere tenentur iuxta. l. digna vox. C. de le-gib. quam ex nostis eruditissimè exornat Couarr. in cap. Alma. 1. part. §. 1. num. 3. ex humanioribus Oforius lib. 5. de Regis institutione à fol. 147. vbi legem illā, digna vox, in testimonium tacitè affert, dum inquit rectè Theodosiū

R se legibus

se legibus alligatum esse professum fuisse: Quod in Oſorio non est nouum, ſic enim lib. 3. de Gloria Iulianū allegat citans ipſius quædam verba, quæ ſunt in. l. de quibus ff. de legibus: nempe qui iuris ciuilis doctrinam attigit, cui poſte à altissimarum, atq; diuinarum rerum cognitionem antepoſuit ad Theologiam ſe confeſens, vt conſtat ex principio eiusdem primi libri de Gloria.

¶ Quemadmodū verò Pontifici Maximo hanc diſpēſandi concedimus potestatem, ita illam episcopis, & reliquis inferioribus denegamus, quibus in leges ſuperioris nulla eſt autoritas, ex Clem. ne Romani, de eleſt. neq; illis à ſummo Pontifice eam potestatem permiffam legimus, imò, cap. 2. huius tit. dum inquit in bigamis contra Apostolum diſpēſare non licere, interpretandum eſt, non licere archiepiscopo, ad quem ille text. dirigebat, nec ad eius exemplum inferioribus alijs, vt cōſtat ex cap. nuper ad quēdam epifcopum inscripto. Quare nihil diſtinxerim inter maiores, minores uè ordines: nec me mouerit au- toritas Thom. & aliorum. d. num. 4. affirmantium cum bi- gamis ad minores ordines poſſe epifcopum diſpensare: nec conciliatio Gomet. in tractatu de Breuibus, num. 20. admittentis epifcopi diſpensationem, vbi maxima adſit cauſa. Nec enim eſt noſtrum epifcopis aduersuſ leges pontificum, quam ipſi non detulere, deferre potestatem, quod ſcio non raro doctores noſtros epifcopis blandien- tes non ſine maximo animarum periculo effecifſe. de Bi- gamis ſatis, ſuperq; pro tempore dictum puto. Veniamus ad Rubricam de Clericis peregrinis: nec enim licet ei, qui diuerſa loca peregrinatur, dum magna pars itineris reſtat confiencia, in aliquo ex illis diutiū immorari.

A D

A D R V B R I C A M

De Clericis peregrinis.



Erbreuitter ab hoc titulo me expediam, dum modò illis, quæ Hostiensis, Innocentius, cæteriué dixere, aliquid addam: ſi enim ijs, quæ ab alijs fuſt inuenta, contenti eſſemus, quid in iure ciuili ſuprà Irneriū, quid in canonico ſuprà Tancredum haberemus? Quād diſtet autem hæc Rubrica, in qua non recedit pontifex ab impedimentis eorum, quibus, ne ad ordines, beneficia uè promoueantur, canones obſtant, à Rubrica de Clericis peregrinantibus, ex his, quæ in utraq; dicemus, maniſtiffimum erit.

2. Peregrini verbum licet olim autore Festo hostem significaret, vt refert Ræuard. lib. 4. var. cap. 12. &c, teſte Donato, meretricem, fortassis ex eo, quod olim meretrices vagari, & in biuijs ſedere moris erat, vt conſtat Genes. cap. 38. licet denique alias ſignificationes habeat, de quibus Sipontinus, & alij verb. peregrinus: in hoc tamen tit. nihil aliud denotat, quād extraneum, & aduēnam, alteriué epifcopatus hominem. Huiusmodi enim clericos veteres canones sanctiſſimiſ de cauſis nec ad ſuperiores ordines promoueri, ſi non ad omnes promoti eſſent, nec in ſuceptis ministrare ſine dimiſſorijs, aut commendatijs fuorū epifcoporum literis, aliaue legitima probatio- ne permittebant. Sunt autem literæ dimiſſoriæ, per quas aliquis à iurisdiſtione prælati ſui probatus, & examina- tus ad alium ordinādus dimittitur, quas & vulgo Reuerēdas vocant, iuxta Trident. ſeff. 7. de reformat. cap. 10. de quibus idem Trident. ſeff. 23. de reformatio. cap. item. 10.

R 2 pro

pro quibus, aut pro earum sigillo episcopi, & alij ordinū collatores, eorumū ministri accipere nihil possunt iubēte Concil. sess. 21. de reformat. c. 1. Has autē episcopus concedere non debet, nisi ægritudine, aliauē legitima causa impeditus ordines celebrare non possit, Concil. sess. 23. de reformat. c. 3. cuius rei ea videtur esse ratio, quia omni iure vnuquisq; tenetur omnia sibi incūbentia per se ipsum, si possit fieri, fideliter administrare, ex reg. cap. ad hæc, ibi, omni rationi contrarium, iuncto vers. vlt. de præb. sic, licet delegatus principis causam sibi commissam subdelegare posuit. l. à iudice. C. de iudic. id tamen non, nisi debilitate, aliauē graui causa, aut necessitate detenus facere debet. c. si pro debilitate, de offic. deleg. sic archiepiscopus vices suas circa suffraganei consecrationem nequaquam alteri episcopo potest committere, nisi legitimè sit impeditus. cap. quod sedem, de offic. ord. sic denique episcopus visitationem sibi iure diuino iniunctam, Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1. per se ipsum exequi debet, ni inualetudine, aliauē iusta causa prohibeat. c. inter cætera, eod. tit. de offic. ord. cap. decreuimus. 10. quæst. 1. Et has quidem dimissorias literas capitulum sede vacante infrā annum concedere non potest, nisi ei, qui beneficij ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione arctatus fuerit, Trident. d. sess. 7. c. 10.

3 Commendatij: autē literæ sunt, per quas aliquis de vita, & moribus, ordinibusq; suis commēdatur, de quibus idem Trident. sess. 23. de reformat. cap. 16. nullus, inquit, præterea clericus peregrinus sine commendatijs sui ordinarij literis ab ullo episcopo ad diuina celebranda, & sacramenta administranda admittatur, quod idem in cap. 3. huius tit. statutum fuerat, & modò statuitur in constitutiōnibus

nibus episcopatus Conimbricensis cōstit. 59. quibus addē idein Concilium sess. 22. sub decreto de obseruandis, & euitādis in celebratione Missæ, ibi, singuli in suis dicecessibus interdicant, ne cui vago, & ignoto sacerdoti Missas celeb̄rare liceat. Ratio autē, quarē peregrinis diuinorū celebratio, & ordinū suscep̄tio interdicitur, vltra alias illa sit, q; nimium suspecta est vita illorum, qui patrias suas relinquunt, quod plarunq; ob scelera, & crimina in illis admissa faciunt, vt præsentiant doctores in præsenti, præser̄tim Host. num. 2. qui hanc inter quatuor, quas reddit, secundo loco refert. Ob hanc enim forraſſe causam spartanorum legislator Lycurgus lege sanxit, ne peregrinus aliquis Spartā venire posset, neuē spartanus peregrinari, vt refert Alexand. ab Alexan. lib. 4. Gen. dierum cap. 10. Ade, quod, cūm omnibus patriæ ipsius amortām sit ingenitus, vt cūm amore parentum conferatur, vt constat ex. I. veluti. ff. de iust. & iur. & ex Plat. in dialogo, qui inscribitur Crito, vel de eo, quod agendum, & in epistola. 9. ad Architam Tarētinum, ex Cicerone Platonem referente lib. 1. epist. epistola illa. 9. satis longa, quæ est ad Lentulum, & ex his, quæ ex Cicerone scribit Figueretus in prologum Plinij, Chassan. in Cathal. part. 10. consi. 36. vers. quartō, & part. 11. consid. 24. & part. 12. consid. 17. vers. sed quæ istarum, Osorius lib. 4. de institut. regis, Philo. Iud. in lib. de Abrahamo egregijs illis in verbis: Cognitionis, & patriæ innatum, & coalitum est cuiquam desiderium magis, aut certè non minùs, quam membra corporis: testes sunt legislatores, qui secundam ab extrema capitali poena atrocissimorum criminum conuictis statuerūt existim: profectō non secundam, quantum equidem verè iudicare possum, sed aliquantō grauiorem, siquidem mors

R 3 calamita-

calamitatum finis est, exilium vero non finis, sed nouorum malorum initium, dum euitata una sensu carente innumeræ aliae sentiuntur: Cum, inquam, patriæ is sit amor, habent peregrini aduersus se præsumptionē, ni eam episcopi testimonijs, alijs ué legitimis probationibus purgarint, quod patriam non sponte, sed commissorū scelerum conscientia deseruerint. Nec obijcias illud Socratis, qui, cum rogaretur, cuiatem se esse diceret, mundanum inquit: totius enim mundi se incolam, & ciuem arbitrabatur, ut Tusculanar. 5. refert Cicer. nec illud Quid. Fast. 1.

Omne solum fortis patria est, vt piscibus æquor,

Vt volucris, vacuo quidquid in orbe patet.

Nec alia multa, quæ Plutarchus afferit in tractatu de exilio, & Iust. Lipsius lib. 1. de Constantia, cap. 9. & 11. & Ioan. Boccatius in quadam epistola ad Pinum de Rossi. Hæc enim alio spectant, suntque philosophorum, & poëtarum decora verbis, nec ad elidendam præsumptionem nostram vires habent. Quæ tempori tamen seruientes, Leiriæ nuper cum essemus, magni fecimus in eo discursu, quæ Lusitano sermone misimus ad Beatricē Ducis Villa-reensis filiā, quo tempore de illi^o nuptijs cum Petro Medice agebatur magni Hetruriæ Ducis fratre, deq; eiusdē à Lusitania in Florētinā vrbē discessu, cuius ego vrbis amore, in qua natus est olim Benedictus Moreli proauus maternus meus, cuius hodiè Vlyssipone in D. Antonij templo, quod est Societatis Iesu Collegiū, duplice leonis brachio, & duplice tantum folij eminente lilio familiæ suæ insignibus sepulchrum extat, patriæ Lusitanæ amorē pulcherrimæ, atque illustrissimæ fœminæ dissuadere conabat.

4. Iubent igitur leges, vt episcopi peregrini ad ordines non admittant sine literis dimissorijs, ad diuinorū celebratio-

brationē sine commendatitijs. Sed neq; ad beneficia, & reliquas dignitates eos promouere debet, vt colligitur ex. c. vlt. huius tit. præserium, vbi incole, & indigenæ meritis presentes reperti fuerint, quibus sunt cōmēdāda potius, quam peregrinis beneficia iuxta glo. verb. ciuitatis in. c. nemine, 70. dist. & multa iura, quæ refert Couarr. pract. c. 35. nu. 5. vbi sanctissimum fore affirmat, si lex generalis ederetur, quæ beneficia cuiusvis diœcesis patrimonialia efficeret nō, nisi ciuibus, ex eaq; oriundis, conferenda: idq; in Concilio Tridentino summo omniū consensu consultum fuisse ex Sot. lib. 3. de iust. q. 6. art. 2. fieret enim, vt ecclesijs, & sacerdotijs, & diuino cultui sanctius, & diligentius exhibetur ministeriū, vt utrū verbis eiusdē Couar. in. c. sequēti nu. 3. vers. olim, vbi etiam eadem de re aliqua.

5. Quapropter nō possū non laudare contractū, conuentionēq; olim inter Priorē, & monasteriū sancte Crucis Conimbricensis, & Capitulū, Decurionesq; Leiriēs celebratā. 7. die Ianuarij anno. 1394. qua cauebatur, ne beneficia Leiriēsis diœcesis alijs præter incolas conferrētur, poenit aduersus eos, qui cœnētionē frangeret, cōstitutis: nō possū verò nō dolere morē istū sanctissimū, & in Ecclesiæ Leiriēsis utilitatē, atq; honorē redūdātē, totq; annorū spatio obseruatū Leiriēsis senatus negligētiā abolitū, atq; extinctū esse. Licet enim Paul. III. cōstitutione edita anno Dñi 1545. vndeclimo Kalēdas Junij Leiriēsem diœcesim à dominio, & potestate Prioris, & monasterij sancte Crucis, cui suberat à tempore Alfonsi. I. Lusitanorū Regis, qui eā bis à Mauris cæperat, & à iurisdictione episcopi Conimbricensis in his, quæ ad ordines, visitationemq; pertinebāt, omnino exemerit, & sedē cathedralē, episcopatumq; creauerit: non est tamen visus laudabili consuetudinī, & priuilegijs

eiusdem Ecclesiae derogare iuxta reg. quod ob gratiam, de reg. iur. in. 6. imò, cùm res transeat cùm onere suo, cap. ex literis, de pignor. cap. pastoralis, de decim. l. 2. & 3. C. quibus caus. pign. vel hypot. Naua. in Manua. cap. 8. num. 7. perspicuum videtur, quæ Prior, & monasterium sanctæ Crucis Leiriensi Ecclesiae indulgere tenebatur, in Leirienses episcopos transiisse, eaque omnia ab ijsdem præstanta esse, sicuti ab eodem Priore, & monasterio præstabantur. Quod si Leiriensis senatus eo tempore, quo Rex Ioannes à Pontifice impetravit, ut in Leiriensi oppido episcopalis sedes crearetur, Regem de hac consuetudine, & conventione admoneret, haberet hodiè ciues Leirienses dignitates, & canonicatus omnes, nec tam præclara conuentio in desuetudinem abiret. Quid enim Rex non concederet illi oppido, præsertim iusta flagitanti, quod constitutione edita Eboræ. 13. die Iunij anno. 1545. in ciuitate erexit concessis omnibus aliarum priuilegijs. Nec enim id solum ea de causa fecit, quod non poterat in dicto oppido episcopatus creari, nisi oppidum ciuitas crearetur, quanvis enim posse esse ciuitas sine episcopo, ut latè probat Rainald. lib. 3. indagat capit. 3. non tamen episcopalia gubernacula, nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus præsidere oportet, cap. 1. de priuileg. sed fecit etiam, ut ipse Rex fatetur, ob egregia ipsius oppidi merita, & præclara facinora à Leiriensibus pro Lusitania, pro Rege edita, in quorum memoriam constructum est olim in ipsius territorio monasterium ex omnibus ferè Hispaniæ nobilissimum regijs sepulchris cùm ipso Mausoleo contendentibus: & Leiriæ ipsi ab Alfonso, Ioanne, Emanueli, alijsq; Lusitaniæ regibus est indultum, ut regiæ coronæ semper esset, ne huius yrbis patrimonium ad

inferio-

inferiorem aliquem principem cùm totius populi querimonia deueniret. Sed hæc in ciuitatem nostram humana sunt beneficia: Illa vero Dei Opt. Max. qualia sunt? feruerit enim eo ipso tempore, quo hæc scribimus, tota yrbs miraculis: ægroti omnino desperati, qui contractis ossibus catabuerant, nec se loco mouere poterant, & contra quos ipse morbus spatio penè tricenali præscripserat, sanitatem recuperant: claudi abiecto baculo stabili, celerijs gressu domum currunt: spiritibus immundis vexati, & tartareo dominatu oppressi à dæmonum tyrannide in libertatem vindicantur: cæci, qui planetarum principis beneficio carentes nihil oculis usurpabant, Tantalique supplicium subeuntes mundum ipsum in mundo quærebant, subito luminum ministerio restituto altaria, templa, homines, se ipsos denique mirantur. Vagatur fama per totam Lusitaniam,

Accurrunt ægri, complentur compita rhedis,

Occupat angustas sedula turba vias.

Hæc tamen omnia non idcirco dixerim, vt me illustri patria prognatum esse velim, qualis futurus est, quisquis felix vir sit futurus, ut apud Plutarchum in vita Demosthenis inquit Euripides: nam neque equidem ad claritatem nominis adspiro, neque, si adspirarem, cùm Euripide planè consentio: quippe qui sciam nobilitatem, aut obscuritatem patræ parùm facere: & valde iniquum, & indignum esse, si quis erubescat patriam suam, quanvis ignobilis, & vilis, & obscura sit, confiteri. Quod vltra ea, quæ aliquando legi apud fratrem Hectora Pinto. 2. part. Dialogorum in dialogo *Dos verdadeiros, e falsos bens*, cap. 18. & 19. & apud Tiraquel. de Nobilit. cap. 12. per totum, vel ex Gregorio Nazianzeno discere potuisse in ora-

R 5

tione

tione contra Arrianos, vbi respondens his, qui in patriæ dignitatem garriebant, sic ait: parua tibi est, inquietis, ciuitas, ac ne ciuitas quidem, sed aridus quidam locus, & inanænus, & infrequens: verum hoc criminis ratione non habet, nisi vero quis inquietis hoc nomine delphinum accusandum putet, quod terrestre animal non sit, & bouem, quod non in aquis agat, & murænam, quod in utroq; elemento vitam agat. Quod & Christus dominus exemplo suo confirmauit, qui se Nazarenum vocari passus est, quod nomen utrum ei conueniat, disputat eruditè Sylvester de Prierio in sua Rosa aurea in questionibus super Euangel. quæst. 13. quemadmodum & Nazareth patriam suam, ut constat ex Matth. c. 13. & Luc. c. 4. Chrysost. hom. 49. in Matth. & homil. 30. Non abs re autem hoc in loco hic velut excessus subiunctus fuit: coegerit enim me & amor patriæ, de quo loquutus fueram, & veteris moris recordatio, quem ipsius patriæ causa suscitatum vellem, cum verissimum esse sciam illud Ennius carmen, quod Cicero veterem illum poëtam ingenio maximum, arte rudem, ut inquit Ouidius, de cuius stercore aurum se colligere Virgilius dicebat, vel breuitate, vel veritate tanquam ex oraculo effatum esse putat:

Moribus antiquis stat res Romana, virisq;.

Dabit veniam, quisquis patriæ studiosus fuerit, neque culpx tribuetur, si ad vitandum iuris ipsius tardium idem faciam, quod historici plerunque solent narrationibus suis diuerticula quærentes.

A D

A D R V B R I C A M

De officio Archidiaconi.



Ostquam Pontifex ordinandorum tractatu colophonem imposuit, aggreditur ad officia dignitatum, quæ in Ecclesia constituuntur, primoq; loco de Archidiaconis agit, ut potè secundum locum ab episcopo obtinentibus. Est autem totum hoc vocabulum à Græcis petitum, significatque principem ministrorum. Archos enim idem est, quod princeps, cap. Cleros. 21. distinct. diaconus, quod minister, cap. perlektis, vers. ad subdiaconum, & vers. ad diaconum, ibi, ministrare, 25. dist. Unde olim Mercurius diaconus appellatus fuit, qui Deorum tam inferiorum, quam superiorum minister fingebaratur.

2. De Archidiacono, & ipsius officio vltra ordinarios suis in locis agit Antonin. 3. part. tit. 19. cap. 6. Chassan. in Catalog. 4. part. consi. 39. Triplex vero in Archidiaconis tempus considerandum est. Primum Ecclesiæ renascens, quo prima Archidiaconi institutio facta fuit, ut constare videtur ex epistola. 1. Clem. qui fuit quartus Pontifex à Petro, si numeres Linum, & Cletum secundum Hieronymum, alij enim Clemente secundum faciunt, scripta ad Jacobum fratrem Domini, & relatæ in c. diaconi Ecclesiæ. 93. dist. Secundum tempus fuit sanctorum patrum, quo Archidiaconorum officium extensum, & dilatatum est, de quo tempore agit c. perlektis, vers. Archidiaconi. 25. distinct. cap. ad hæc, hoc nostro tit. Ultimum deniq; tempus est hodiernum. Primo tempore nullum Archidiaconi iurisdictione habebat, erantque soli nudi ministri ad perlustrandam dioecesim deputati, ut, si quem

si quem viderent fieri vicinum præcipitio, & proximum esse peccato, instar testium Synodaliū, de quibus in cap. præterea, de testib. cog. ad episcopum referrent. d. cap. diaconi Ecclesiæ: idq; adeò, vt nec excommunicandi potestatem haberent. De hoc enim tempore intelligendum est cap. Archidiaconis, hoc tit. ibi, de ecclesiastica institutio- ne, nempè primæua. Secundo tempore valdè est amplia- tum Archidiaconorum officium, vt constat ex. d. c. perle- etis, &c. d. c. ad hæc ybi, quæ ad ipsum spectat, strictim, acer- uatimq; colligantur. Et hoc quidem tempore Archidia- coni iurisdictionem iam habentes excommunicationis sententiam promulgare poterant, cap. 1. de eo, qui ordinem furtiuè suscepit, quod est iuxta hoc secundum tempus in- telligendum. Ultimum deniq; tempus est hodiernum, quo Archidiaconorum negligētia, & incuria omnis illa pote- stas iure cōmuni Archidiaconis cōcessa penè extincta est adeò, vt totus de officio Archidiaconi titulus otiosus sit: quod fortasse ab Archidiaconorū imperitia profluxit, qui cùm in iure canonico, & in literis parū versati crearētur, quæ sibi illo iure cōpeterent, ignorantes, iurisdictionē suā perire patiebātur, donec paulatim ad hoc tempus, quo so- lum Archidiaconi speciosum nomen retinētes cætera ni- hil sunt minūs, quam Archidiaconi, deuentū est. Quapropter cùm Trid. Cōcil. sess. 24. de reform. c. 12. Archidia- conos in omnibus ecclesijs magistros in Theologia, seu do- ctores, aut licēiatos in iure canonico fieri præciperet, Cō- gregatio Cardinaliū, qui ad explicāda Cōcilij dubia depu- tati sunt, respōdit decretū illud in Archidiaconis, qui erat iure cōmuni intelligēdū, nō verò in his, qui sunt hodie, quos lōgē distare ab illis inquit Nauar. rerū ecclesiasticarū peritissimus in Manua. cap. 25. num. 135. nullum hodiē in

Hispania

Hispania ex Archidiaconis iuris illius cōmunis supereffe- affirmans.

3. Inter illa autem, quæ iure communi Archidiaconis competebant, erat institutio corporalis, cap. ad hæc, &c. vt nostrum, hoctit. Cùm enim institutio canonica specia- liter accepta in tria mēbra à doctoribus diuidatur, in mo- dum prouidendi de beneficio ad præsentationem patro- ni, de qua intit. de iure patron. Eten modum prouidendi, per quem in beneficio parochiali traditur cura, vel po- pulus illius per pilei, annuli, vel libri traditionem, quæ ab ijsdem doctoribus institutio autorisabilis vocatur: Et in institutionem corporalem, idest, traditionē possessionis, quæ inuestitura dicitur: Hæc tertia institutio ad Archidia- coni officium spectabat ita tamen, vt eam Archidiaconus sine episcopi licentia, & mandato exequi non posset. cap. cùm satis, hoc tit. desumptū ex. 2. tomo Concil. pag. 894. inter decreta Alexan. III. sub tit. de excessib. cap. 2. qui ta- men textus difficillimus est, dum probat non posse Archi- diaconum prætextu alicuius consuetudinis id sine episco- pi licētia præstare, cùm enim omnia iura episcopalia præ- scribantur. c. auditis. c. cùm olim, de præscript. & hæc insti- tutio inter illa recenseatur, cap. conquerente, de offic. ord. non satis perspiciunt doctores, cur talis præscriptio in illo textu prohibeatur. Qua in re vel ex ipsis etiam præcepto- ribus nostris duo grauissimi dissenserunt; alter enim ex- stimauit tex. illum intelligendū non de præscriptione, sed de consuetudine, quæ quam̄ sint diuersa, diximus in Ru- brica de consuetud. à num. 8. Cùm autem consuetudo ra- tionabilis esse debeat, vt satis dictum est à nobis in d. Ru- brica, & pontifex in eo text. de consuetudine loquatur sanctorum patrum cōstitutionibus aduersante, ac proinde irratio-

irrationabili, censetur enim instar sacrilegij talium constitutionū immutatio ex reg. c. in galliarum, &c. c. igitur. 25. quæst. 2. ideo in eo tex. talem consuetudinē admissam non fuisse. Alter verò non de cōsuetudine, sed de præscriptione interpretandum dixit, illegitima tamen, ac titulo, & bona fide carente, idq; ex verbis eiusdē tex. probari, ibi, contra sanctorum patrum institutiones venire, & ibi, quæ ad tuum non spectat officiū, vindicare. Hanc enim institutionum transgressionem, hanc vēdicationē in præscriptione illegitima reperiri, non verò in ea, quæ legitima foret, & cùm titulo, & bona fide procedere, in qua præscribens tutta conscientia præscribit, nec venit contra patrum institutiones, nec vendicat, quod ad suum non spectat officium, imò, quod putat ad se pertinere: ideo verò pontificē hunc text. constituisse, vt hanc institutionem iuxta sanctorum patrum institutiones non ad Archidiaconi, sed ad episcopi officium pertinere declararet, quod fortassis erat obscurum, sicut & pleraq; alia, quæ, utrūm ad episcopum, an Archidiaconum spectarent, frequenter quærebatur, vt cōstat ex cap. ad hæc, hoc tit. Cūm verò vterque intellectus vtriique præceptorii placuerit, & bonus discipulus defendere, & excusare debeat opinionem magistri sui iuxta opinionem Abb. in capit. omnes, numero. 2. de maiorit. & Iurisconsult. in. l. qualem. 19. §. dicere. ff. recept. arbitr. nobis,

Quis insitius induat arma,

Scire nefas: magno se induce quisque tuetur.

Tu verò ad illum text. ultra ordinarios ibidem, & Felin. num. 8. Parif. 5. in d. cap. auditis, de præscript. vide Balb. de præscript. 1. part. 5. principalis, num. 38. Florent. 3. part. tit. 19. cap. 7. §. 1.

4 Spectabat

4 Spectabat etiam ad Archidiaconum iure communi subditorum visitatio, quam tamen semel tantum in anno ab eodem faciendam docet pont. in cap. mandamus, hoc tit. nisi talis causa emerserit, ob quam oporteat ipsum ecclesiā suas sæpius visitare, dict. c. mandamus: licet enim proprium prælatorum munus sit sollicitam suarum ouïū curam habere, ex cap. oportet. 8. distin. cui muneri non possunt aliter ipsi prælati respondere, quām si subditas sibi ecclesiās perlustrant iuxta illud Ioan. X. Ego cognosco oves meas, annum tamen tempus ad visitationem illam faciendam iure præfinitum est, in cap. decreuimus cùm duobus sequentibus. 10. quæst. 1. quod prælati excedere non debent, nisi grauis necessitas urget: tūc enim iure diuino toties, quoties opus erit, visitatio facienda est: & de hac necessitate intelligenda sunt iura, quæ inquit episcopos non semel, sed sæpius posse, & debere ecclesiās visitare, capit. visitandi, & capit. non semel. 18. quæstione. 2. capit. cùm venerabilis, ibi, bis in anno, decensibus.

5 Cætera, quæ de Archidiaconis ad huius Rubricæ explicationem dicenda erant, manifesta sunt, & à doctoribus impræsentiarum peti possunt, nos enim ea solūm, quæ ipsi non attigerunt, explicanda curauimus. Restat, vt de verbo, officio, in Rubrica posito aliqua dicamus, quod cū in nouem sequentibus repetatur, si semel à nobis in hoc titulo explicetur, magno nos onere liberabit.

Vnde deriuetur verbum officium

Grammatici certant, & adhuc sub indice lis est.

Alij enim ab officio officis per antiphrasim dictū putant, quasi officium habēs nemini nocere, & omnibus prodeesse debeat, cuius deriuationis meminit ex Grammaticis Calepi.

verb.

verb. officium, ex nostris Rebus. in. l. pupillus. §. munus
vers. vnde. ff. de verbis. signif. Pauin. de offic. & pot. ca-
pit. verb. officium, num. 5. Alij à verbo efficio, in qua opi-
nione est Donatus, & Verrutius de verb. sign. lib. 12. verb.
officium, notatque ex Isidoro D. Thom. 2. 2. quæst. 183.
art. 3. D. Ambros. lib. 1. offic. cap. 3. legimus, inquit, officiū
dici à nobis posse, nec ratio ipsa abhorret, quandoquidem
officium ab efficiēdo dictum putamus quasi officium, sed
propter sermonis decorem una commutata litera officiū.
nuncupari: notat etiam ex Hieronymo Ioannes Beleth in
explicatione diuinorum officiorum cap. 18. distinguuntur
autē officia iuxta eundē Tho. vbi suprà, & tex. in. c. singu-
la. 89. dist. per actiones, ita, vt iuxta diuersitatē actionū, ad
quas homines deputātur, varietas officiorum deducatur.
Sic officiū hominis, inquit, homo est, recte dicitur ob-
sequium illud, quod alter alteri præstare tenetur ex chari-
tatis vinculo, quo sumus natura colligati. l. vi vim. ff. de-
iust. & de hoc officio agit M. Tullius in præclarissimis of-
ficiorum libris. Est enim adeò proprium hominis officiū
hoc obsequiū, hoc est alijs prodeesse, & benefacere, nempe
qui non solum sibi, sed alijs natus est, vt officium aliquan-
do pro beneficio accipiatur, vt apud Cicer. in lib. de Ami-
citia, odiosum sane, inquit, genus hominum officia expro-
brantium, quæ meminisse debet is, in quem collata sunt,
non commemorare, qui contulit. Simili modo officium
liberti positum est in obsequio, quod ob suscepturn liber-
tatis beneficium libertus patrono suo ex gratitudinis de-
bito præstare tenetur. l. si non sortem. §. libertus, iuncta
glossa. ad verb. officium. ff. condit. indeb. sic officia ecclie-
siastica per actiones ministrorum ecclesiæ recēsentur, atq;
alia ab alijs separantur, cap. perlefitis. 25. dist.

6. Licet

6. Licet autem officium multipliciter accipiatur, vt per
Calepin. & scribentes vbi suprà, & Vocabularium utriusq;
iuris verb. officium, generaliter tamen describi potest, vt
sit facultas gerendi illa, ad quæ quis iure naturali, seu quo-
vis alio est deputatus. Cùm verò officia in duplice sint diffe-
rentia, nempe ministerialia, in quibus corporalis actio, nō
arbitrium ipsorum agentium spectatur, de quibus in. d.c.
perlefitis, & iurisdictionalia, in quibus arbitrium ipsorum
potius, quam corporalis actio attenditur, perspicuum est
in his decem titulis à titulo de offic. archidiac. usque ad
tit. de offic. iud. de his posterioribus agi, itaque officium
in hoc tit. nihil est aliud, quam munus competens Archi-
diacono, qua Archidiaconus est, ad gerenda ea, quæ ad suā
iurisdictionem, & ministerium spectant. His de officio di-
ctis, officij iam duco relinquere Archidiaconos, Rubrica-
rum nostrarum hospitio Archipresbytero excepturus.

A D R V B R I C A M

De officio Archipresbyteri.



¶ Titulum de officio Archidiaconi sequitur
titulus de officio Archipresbyteri, qui, licet
olim Archidiacono subesset. c. i. hoc tit. secun-
dam tamē ab illo locum obiinebat. Vnde au-
tem presbyteri nomē sit exortum, dictū est suprà in Ru-
brica de sacra vñctione.

¶ Erant autem olim archipresbyterorum duo genera:
vñbanus, de quo in. c. officiū, ruralis, de quo in cap. vt fin-
gula, hoc tit. eratq; vterq; archidiacono idcirco inferior,
& quia illi suberat, & quia Archidiaconus iurisdictionem

S content-

contentiosam habebat, ut diximus in Rubrica præcedēti, archipresbyter solum spiritualem, de qua re videndi, quos citat Additio. 2. ad Abb. in c. 1. hoc tit. Florēt. 3. par. tit. 19. c. 7. Hodiè verò, cùm archidiaconorū potestas sit extincta, archipresbyteri urbani, qui decani appellantur, præcipuum in Ecclesia cathedrali locum habēt, & ipsis archidiaconis, cæterisq; dignitatibus in capitulo, & choro præsunt: Rurales verò extintos esse puto, præsertim in Lusitania, vbi nullum archipresbyteri ruralis vestigium extat. Licet autem olim decani ordinariam iurisdictionem haberēt nullam, hodiè tamen qualē qualē habēt. Cùm enim cōmunitas nihil sit aliud, quam personarum multitudo in vnuim corpus aliquo iuris vinculo colligata ex Oldrald. cōf. 315. August. lib. 1. de Ciuit. Dei. c. 15. & ad effentiam cuiusq; cōmunitatis requiratur, ut penes illam aliqua sit potestas, cui singuli tanquam eiusdem partes in ordine ad suum totum obedire tenentur, quæq; in eos aliquam iurisdictionem habeant, ut sic corpus illud fictum, ex quo cōmunitas constat, corpori naturali respondeat, in quo vna est potentia regiminis, hoc est, ratio practica, quæ eiusdem corporis partes dirigunt ad suum totum, D. Thom. 1. 2. quæst. 17. per omnes artic. fit, ut decani Capitulorum, quæ legitimè communites sunt, rectores, & capita ordinariam aliquam quanuis minimam in his, quæ ad capitulum pertinent, iurisdictionem habere debeant ex Reg. l. vlt. C. de iurisd. omnium iud. Vndē superuacuū putamus querere, quænam ad ipsius spectent officium. Etenim & aperte explicantur ab Hostiens. Abb. Innocent. & reliquis in hac Rubrica, & in singulis eiusdem legibus, & generaliter pertinebunt omnia illa, quæ ad optimam Capitulorum cōservationem, & gubernationem ipsi decano necessaria videbuntur:

buntur: sicut enim caput inter cæteras corporis partes primum obtinet locum, ab eoq; virtus, & motus cæterorum membrorum deriuatur D. Thom. 3. part. quæst. 8. artic. 1. Plato in Timæo, vel de naturalib. 32. Est autem, inquit, caput membrū corporis diuinissimū, reliquorūq; membrorum princeps, cui totum corpus connexum dij subefesse, & parere iussérunt, nouissimè Padilha in libro, quem composuit in laudem Virginis matris Cant. 9. carm. 24. Ita cuiusvis communis rector, qui illius caput censemtur, ac proinde decanus præcipuum in Capitulis locū obtinens ea omnia iure naturali, & ciuii facere, & præstare poterit, quæ ad cætera membra in officio continenda expedire iudicauerit.

3 Sed iam ex hac Rubrica in aliam me transferebam, cùm fato interceptus Isabellæ matris meæ coactus sum parenti charissimæ Rubricarum nostrarū silentio patentre. Maius equidē in hac editione volumē moliebar, sed, quid faciam, si, quam superiores Rubricæ morientē videbāt, præsentes videre mortuā? Stabat paterna domus institutis eius, in eam familia omnis inclinata recumbebat, cui satis divitiarum erat talem habere matrem. Quæ igitur domus nostræ extinta illa spes non extingueretur, cuius erat adeò studiosa, ut illius non cùm morbo, qui diuturnus eam vexauerat, non cùm doloribus, quibus angabantur varijs, non cùm lecto, qui iā ipsius ossa effodiebat, sed solū cùm ipsa vita curam deponeret. Omni fidei & deuotionis ardorem, & charitatem, à qua cæteræ, tanquam à fonte, virtutes dimanabant, quæ ranta fuit in ea, ut genua frequentissimè orando callum obduceret. Accedunt ad hos luctus patris lachrymæ, senilesq; singultus, qui, dum absentem coniugem frustrâ requirit, & quadraginta

annorum sociam sexagenarius amissam luget, animusq; meum ita frangit, vt vix dixeris, vter me grauius parens afflixerit, moriens, an morientem lugens. Illud vnum in tanto infortunio me consolatur, quod est Isabellæ matris felicem vitam felicior mors sequuta. Nam & moriens inter sua, quæ admirabili solertia, laboreq; quæsierat, inter coniugem mæstissimum, quem & matrimonij, & necessitatis, & morum vinculis iunctū sibi semper vnicè adamauerat, inter lachrymarum riulos fundentes liberos, quos charissimos habuerat, periculosem morienti dominæ spectaculum, alto, atq; excenso animo cuncta despiciens nobiscum de rebus gloriæ philosophata est, & quām res omnes vitæ parui ficeret, & futurarum recordaretur, & verbis, & signis apertissimis demonstrauit. Sed de parentis rebus tacere satius puto, quām parūm dicere. I nūc, & rationem quære, cur tām paruum iterum opus in publicum mitti videoas: fortunatiora tempora dabit Deus, vberiores Rubricarum nostrarum fætus dabimus.

LAVS DEO.

LE-

L E G E S, C A P I-
T V L A, G L O S S Æ,
loca sacræ Scripturæ, Concilij, Ora-
torum, Poëtarum, quæ in hoc
opere declarantur.

L E G E S.



Ex Iustitia, ff. iust. & iur. ibi diuinorum, fol. II. num. 6.

Principium instit. eod. d. loco.

L. sed si damnū 9. §. si ipse. ff. de peculio, fol. 51. num. 1.

L. in causa. §. idem Pomponius. ff. minor. d. loco.

L. item. 22. §. quemadmodum, ibi concessum. ff. locati, adiuncta. l. si voluntate ad med. C. rescind. d. loco.

L. 2. verb. moribus. ff. vulgari, fol. 53. num. 2.

L. de quibus. ff. de legibus in principio. d. loco.

L. 1. ff. de iure patroni. ibi translatiuē, fol. 73. nu. 1.

L. vnic. C. qui numero tutel. d. loco.

L. generaliter. §. spurious. ff. decurionibus, fol. 193. nu. 5.

L. Quisquis. §. filij. Verò. C. ad. l. Iul. maiest. folio. 195. num. 6.

§. Sed naturalia, instit. de iur. nat. fol. 213. num. 2.

S 3

§. ius

INDEX

- Q. ius autem gentium, instit. eod. princip. instit. de libert.
l. manumissiones. ff. iust. & iur. §. servitus instit. de
iur. person. d. loco.*
L. locatio. 9. §. reliquatores. d. verb. ff. publican. fol. 237.
*L. iuris gentium. §. ait praeator iuncto. §. dolo malo. ff. de
pactis, fol. 239.*
*L. ius ciuile. ff. iust. & iur. ibi, iuri communi, folio. 215.
num. 3.*

CAPITVLA.

- Cap. ignorantia. 38. distin. fol. 13. num. 6.*
*Cap. cum de diuersis, de privilegijs lib. 6. folio. 13. nu-
mero. 7.*
Cap. celebritatem de consecrat. d. 3. d. l.
Cap. violatores. 25. quæst. 1. l. loco.
Cap. plerunque de rescript. fol. 46. num. 10.
*Cap. cum Ecclesia, ibi consueuerunt, & ibi, de consuetudi-
ne speciali, fol. 56. nu. 5.*
Cap. 3. de re iud. fol. 80. num. 10.
Cap. quanquam. quæst. 7. fol. 80. nu. 11.
Cap. olim. 95. distinct. fol. 81. num. 12.
Cap. significasti, de elect. fol. 89. num. 6.
*Cap. 1. de supplenda negligentia prælatorum lib. 6. fol.
125. num. 5.*
Cap. cum contingat, de ætate & qual. fol. 135. num. 3.
Cap. peruenit. 95. dist. fol. 137. num. 8.

Cap.

LEGVM, &c.

- Cap. ita dominus. 19. distin. ibi, sed huius muneris sacra-
mentum, fol. 177. nu. 6.*
Clem. 1. de summ. Trinit. ibi, qui sacramenti huius. d. loco.
Clem. 1. de summa Trinitate, fol. 186. nu. 9.
*Cap. literas, de filijs presbyterorum, ibi, permittimus, fol.
201. num. 8.*
Reg. quæ contra, de reg. iur. fol. 219. num. 2.
Cap. gaudemus, de diuortijs, cap. vlt. de trâsaët. fol. 253.
Cap. 2. de bigamis, fol. 258. num. 11.
Cap. cùm satis, de offic. Archidiac. fol. 269. num. 3.
Cap. visitandi, & c. non semel. 18. quæst. 2. fol. 271. nu. 4.
Cap. cum venerabilis, ibi. bis in anno, de cens. d. loco.
Cap. vlt. 32. quæst. 4. fol. 230. & sequenti.

GLOSSÆ.

- G. Loß. 2. in cap. 1. de consuetud. lib. 6. fol. 53. nu. 3.*
*Gloss. Verb. breuitatem in. c. cum Ecclesia de causa
possess. d. loco.*
*Gloss. in Clem. 1. de summa Trinit. Verb. Crucis, folio. 93.
num. 10.*

LOCA SACRAE

Scripturæ.

- E Saïas. c. 45. Verè tu es Deus absconditus, f. 18. n. 12.
Psal. 44. Propterea invxit te Deus, & c. f. 156. n. 2.*

S 4 Epistola

I N D E X

- Epistola Ioann.* 1. cap. 2. d. loco.
Matth. cap. 25. fol. 198. num. 3.
Genes. 3. infidiaberis calcaneo eius, fol. 159. num. 7.
Psalm. 35. non veniat mihi pes superbiæ, folio. 160.
 num. 7.
Ioann. 3. qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet,
 d. loco.
Jacobus epist. 5. ibi, inducat presbyteros. d. loco.
Psalm. 44. Omnis gloria filiae regis ab intus, fol. 164.
 num. 9.
Cantic. c. 2. Et facies tua decora. d. loco.
Geneseos. cap. 7. quia te vidi iustum in generatione
 ista, fol. 165. num. 9.
Zacharias. c. 9. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus, &
 saluator, fol. 170. num. 12.
Paul. ad Ephes. 1. ibi, ut notum faceret nobis sacramen-
 tum voluntatis suæ, & ad *Ephes.* 3. &c. 1. ad *Timoth.*
 3. fol. 177. num. 6.
Sapientia. c. 2. ibi, & nescierūt sacramenta Dei. d. loco.
Thob. c. 12. ibi, sacramentum regis. d. loco.
Cantic. cap. 2. Capite nobis vulpes paruulas, folio. 183.
 num. 9.
Cantic. cap. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula,
 &c. fol. 185. num. 9.
Paul. ad Ephes. 5. Christus dilexit Ecclesiam, &c. d.
 loco.
Symbolum fidei, ibi, sanctam Ecclesiam. d. loco.
 Exod.

L E C V M, &c.

- Exod.* cap. 20. Ego sum Deus zelotes, &c. folio. 198. nu-
 mero. 7.
Matth. 19. ibi, Moses adduritiem cordis vestri, &c. fol.
 202. num. 8.
Marc. cap. 3. ibi omni creaturæ, fol. 223. num. 8.
Numeror. cap. 18. *Deuteronom.* 10. &c. 18. *Iosue.* 13.
 non enim tribu Leui portio, neque hæreditas, fol.
 236.

L O C A C O N C I L I I

Tridentini.

- C** Oncl. sess. 24. de reformat. cap. 12. fol. 152. num. 4.
 & fol. 268.

L O C A O R A T O R V M

- C** Icer. in *Oratione pro Milon.* ibi, qui non calumnia
 litium, non iniustis vindicijs, ac sacramentis, fol.
 174. num. 3.
Cicero in Oratore, ibi, qui aut interdicto tecum conten-
 derent, aut te ex iure manu consertum vocarent, &
 ibi, iusto sacramento. d. loco.
Cicer. lib. 9. Epist. pugna, si me amas, nisi arguta ap-
 parebunt, ut iusto sacramento contendas mea nō esse
 d. loco.

INDEX LEGVM, &c.
LOCA POETARVM.

Iuuenalis satyr. 14.

Perlege rubras

Maiorum leges

fol. 8. num. 3.

Persius satyra. 5.

Excepto, si quid Masuri Rubrica vetauit.

d.loco.

Rutilius Claud.lib. I. itinerarij,

Atq; vtinam nunquam Iudæa excisa fuisset;

Pompei bellis, imperioq; Titi, &c.

fol. 193. num. 5.

Iuuenalis satyra. 5.

Pulsandum vertice raso

Præbebis quandoq; caput, &c.

fol. 227.

Perf. satyra. 5.

Non infestuca lictor, quam iactet ineptus.

d.loco.

Quid

Te quoq; seruari, modo quē vindicta redemit;

Quis ferat?

d.loco.

IN-

INDEX ALPHABE-
TICVS EORVM, QV AE
inhoc opere continentur.

A



Etas nulla sera est ad descendum, fol. 5.

AEtas ordinanderum, fol. 139. nu. 9.

AEtas præficiendorum, fol. 149. nu. 2

AEtiani heretici ab Eunomio Eunomianis, fol. 19.

AEtnici suis quoque Pontifices, sua pontificia disciplina habetar, suā religionem, suosq; canones ad illi spectantes, fol. 12. nu. 6.

AEtnici à sacerdotio excludebant deformi, & vitioso corpore vi-
tiatis, fol. 241. à principio Rubrice.

Accursius inordinatus, fol. 7. nu. 1.

Accursius appellatur à Iodoco Vberrim⁹ iuris ciuilis fōs, f. 12. n. 6.

Adrianus VI. nullum hominū genus maiori prosequetur odio,
qui in poetas, fol. 87. nu. 4.

Adscriptiū serui qui sint, fol. 231.

Agriculture laus, fol. 232.

Alcontini Comitis dictum, fol. 99. nu. 15.

Amicis omnia communia, fol. 183. nu. 9.

Anaxagoras cæli, ac solis vidēdi causas ē natū aiebat, f. 28. n. 21.

Antecedēs qui vult, vult omnia, quæ sequuntur ex illo, fol. 14. n. 7.

Apocrisarij qui sint, fol. 90. nu. 8.

Archiepiscopi non distingueuntur à metropolitanis, fol. 95. nu. 10.

Archidiaconorum triplex tempus, fol. 267. à nu. 2.

Argumentū à contrario sensu quas vires in iure habeat, fol. 239.

Argumentum ab ethymologia quid valeat, fol. 127. nu. 7.

Arrij heresis quo tempore damnata sit, fol. 19. nu. 12.

Auli Gelli noctes Attice maximè candidæ, fol. 9. nu. 2.

Autoritas superioris quare in renuntiatione exigatur, f. 109. n. 7.

Bartolus

INDEX

B

- B** Artolus vocatur à Tiraq. legalis scientiae armariū, fol. 7. n. 2.
 Battologiae vitium quid sit, fol. 59. n. 11.
 Beneficia potius conferenda incolis, quam exteris, fol. 263.
 Beneficia omnia deberent esse patrimonialia. d. loco.
 Bigamia fuit apud ethnicos, fol. 248. à principio Rubricæ.
 Bigamia quid sit, fol. 249. num. 2.
 Bigamia triplex est. d. loco.
 Bolum armenicum vniuersis morborum generibus applicatur, fol. 55. n. 1.
 Bonus quare quis in dubio præsumatur, fol. 142. n. 4.
 Brachium seculare potestas ciuilis appellatur & quare, folio. 168. n. 11.

C

- C** Alepinus Romanæ lingue armarium, fol. 7. n. 2.
 Campagus Regius calceamentum imperatoris, fol. 8. n. 3.
 Canes vocantur rectores ecclesiastarū, & beneficiarij, fol. 111. n. 7.
 Canones nihil sunt aliud, quam conclusiones ex Evangelio, aut libris Theologicis deducere, fol. 13. n. 6.
 Canones propriæ sunt constitutiones editæ in concilio generali, fol. 14. n. 8.
 Canonici iuris sanctitas iuris ciuilis subtilitate decoratur, fol. 13. n. 6.
 Canonicum ius quadringentos per annos in Romana politia cum iure ciuili coniunctum fuit, fol. 11. n. 6.
 Canonicum ius apud Catholicos & que ad Constantini tempora cū Theologia coniunctum fuit, fol. 12. n. 6.
 Canonicū ius appellatur à Pontificibus diuinū, fol. 13. n. 7.
 Caput inter ceteras corporis partes obtinet primū locū, fol. 274. Caritas

ALPHABETICVS.

- Caritas bene ordinata incipit à se ipso quomodo sit intelligendū, fol. 97. num. 14.
 Catholicum quid sit fol. 32. num. 24.
 Catholicum medicamentum quid sit apud medicos. d. loco.
 Charakter quid sit, fol. 188. n. 13.
 Chlamis in signe milieum, fol. 8. n. 2.
 Christiani ab infidelibus vocabantur Christians, fol. 33. n. 25.
 Cicero mallebat errare cum Platone, quam cum alijs vera sentire, fol. 166. n. 9.
 Cicero iuris ciuilis studio multum operæ dedit, fol. 176. n. 4.
 Circuncisio virum gratiam contulerit, fol. 176. n. 6.
 Clerici ab agricultura non prohibetur, fol. 232.
 Communitas quid sit, fol. 274.
 Constitutio quid importet in iure, fol. 35. num. 2.
 Consuetudo est altera natura, fol. 50. n. 1.
 Consuetudo quid sit, fol. 53. n. 3.
 Consuetudo contrà legem obligantē utrum cum peccato introducatur, fol. 54. n. 4.
 Consuerudo quo tempore perficiatur, fol. 55. n. 5.
 Consuetudinem violare peccatum, fol. 56. n. 7.
 Consuetudinis, & præscriptionis differentia, fol. 57. n. 8.
 Consuetudo, si ubique obseruetur, licet in se sit irrationalis, excusat à culpa, & à pena, fol. 198. n. 6.
 Contrà quid importet, fol. 219. n. 2.
 Corporis vitium vitiosi animi est symbolum, fol. 244.
 Corpore viciati quare ordinari prohibeantur, fol. 243. n. 3.

D

- D** Ecretalium liber Pentateucus ab Hostiense appellatur, fol. 20. n. 13.

Defini-

INDEX

- Definitiones dialecticorum distare à definitionibus iurisperitorum, fol. 71. num. 8.*
Definitio quid sit, d. loco, & fol. 118. num. 11.
Discipulus debet defendere opinionem Magistri, fol. 270.
Dispensator seruus quis sit, fol. 205. num. 8.
Dispensatio quid sit, fol. 203. num. 8.
Dispensatio, quæ non fit ex iusta causa, non dispensatio, sed dissipatione dicenda est, fol. 204.

E

- E**cclæsia quare vocetur Catholica, fol. 32. num. 24.
Ecclesia tripliciter Christo domino copulatur, folio. 182. num. 9.
Ecclesiæ nomen nouæ Ecclesiæ solum competit, fol. 184.
Ecclesia incepit ab Abel, d. loco.
Ecclesia consueuit crescere, & multiplicari sanguinis effusione, fol. 194.
Electio quid sit, fol. 65. num. 2.
Electio summi Pontificis à quo tempore per Cardinales fieri coepit, fol. 67. num. 5.
Episcopi nomen quid significet, fol. 77. num. 8.
Episcopi nomē omnibus maioribus sacerdotibus competit, fol. 83. num. 13.
Episcopatum esse ordinem quomodo sit intelligendum, d. loco.
Episcopum omnia posse in sua diocesi, quæ sumimus Pontifex in toto orbe, fol. 96. num. 13.
Episcopus intra quod tempus consecrandus sit, fol. 163. num. 9.
Episcopus quare Chrismate vngatur, d. loco.
Episcopi, & alij inferiores non possunt dispensare in bigamis, fol. 258. num. 11.

Fidei

ALPHABETICVS.

F

- F**idei definitio, fol. 29. num. 23.
Filiū plarunq; parentibus similes esse solent, fol. 195.
Filiū virum possint habere ecclesiæ parentum, folio. 210. numero. 16.
Forma est, quæ dat esse rei, fol. 110. num. 7.
Francie Reges Christianissimi, fol. 33. num. 25.

G

- G**allus Hieroglyphicum sacerdotum, fol. 111. num. 7.
Graci à pallio palliatī, fol. 86. num. 4.
Gradus literarij quando inueniuntur, fol. 151. num. 3.
Grammaticis sua apud iurisperitos est autoritas, fol. 7. num. 1.

H

- H**abitus insignis rusticorum, fol. 8. num. 2.
Hippocratis proprium fallere, quād falli nescire, fol. 33. num. 24.
Hispanie Reges Catholicī, fol. 33. num. 25.
Historia quam sit necessaria iurisperitus, fol. 66. num. 4.
Homō omnium naturarum particeps, fol. 223.
Humanioribus literis omnes scientiae exornari debent, foliib; 200. & sequenti.

I

- I**eiunium Ascensionis Dominicæ consuetudine est inductum, fol. 57. num. 7.

Ignorantia

INDEX

- Ignorantia facta quando excusat, fol. 129. num. 9.*
- Ignorantia probabilis excusat, quomodo intelligatur, folio. 147. num. 4.*
- Illegitimi non possunt ordines suscipere, neque beneficia obtinere, fol. 190. num. 3.*
- Illegitimi possunt ordines minores suscipere, & beneficium simplex obtinere ex dispensatione episcopi d. loco.*
- Illegitimorum ab ecclesia prohibitio fluxit à legibus Mosaicis, d. loco.*
- Illegitimi quare repellantur ab altaris ministerio, folio. 191. à numero. 4.*
- Illegitimi in iure civili ad honores, & dignitates admittuntur, fol. 192. nu. 5.*
- Illegitimi de iure communi religionem ingredi possunt, fol. 205. num. 9.*
- Illegitimi stante Motu Pii. V. quando possunt, & non possunt ingredi religionem, fol. 206. cùm sequenti.*
- Illegitimorum genera quot sint, fol. 208. à nu. 11.*
- Imperatores olimius confirmati summos Pontifices sine iure, sine iniuria obtinebant, fol. 68. nu. 6.*
- Imperij electores à quo creati fuerint, fol. 69. nu. 7.*
- Innocens iure naturali occidi prohibetur, fol. 196.*
- Julianus Apostata Christianos per contemptum Galilaeos appellabat, fol. 194. num. 5.*
- Juramentum quid sit, fol. 27. num. 21.*
- Jurisconsultorum laus, fol. 73. nu. 1.*
- Jurisperitia cæca est sine Theologiae subsidijs, fol. 12. num. 6.*
- Jurista perfectus fit ex legibus, & Canonibus, quemadmodum ex philosophia, & medicina perfectus medicus, fol. 13. nu. 6.*
- Ius quid sit, fol. 121. nu. 13.*
- Ius naturale quid sit, fol. 220. à nu. 7.*

Ius

ALPHABETICVS.

Ius gentium quid sit, fol. 224. num. 9.

Iudaica superstitione quid significet apud Jurisconsultos, fol. 193. num. 5.

L

L Acedæmonijs legū vna fuit scriptis legibus nō vti, fol. 52. num. 2.

Laus Emmanuelis Soares, fol. 15. nu. 9.

Laus fratris Loysij de Soto Mayor, folio. 16. numero. 9. & fol. 164. num. 9.

Laus fratris Francisci de Christo, fol. 19. num. 12.

Laus Bartholomei Philippi, fol. 30. numero. 23. & folio. 90. num. 8.

Laus Antonij Pinheiro episcopi Leiriensis, fol. 76. num. 7.

Laus Loysij Fernandes Leiriensis ecclesie thesaurarij, folio. 98. num. 15.

Laus Christophari Ioannis, fol. 202.

Laus Loysij Cerrea, fol. 219.

Laus Leonora de Noronha, fol. 252.

Leiria priuilegium olim habuit, ut ipsius beneficia essent patrimonialia, fol. 263. num. 5.

Leiria quando cœrata fuerit ciuitas, fol. 264.

Leiria indulsum est, ut regiae coronæ semper sit. d. loco.

Leiria omnium in Hispania prima habuit apud se æneas in libris scribendis formas, fol. 104. in princ.

Leges diuinæ quare declarari possunt, fol. 215.

Legibus quo pater subsint principes, fol. 257. num. 10.

Legis virtus quæ sit, fol. 37. num. 4.

Lex sine Canone parum fol. 13. num. 6.

Lex quid sit, fol. 36. num. 3.

Lex à quo tempore obligare incipiat, fol. 40. num. 7.

T

Lex

INDEX

Lex ad præterita non extenditur, fol. 40. nū. 8.

Lex habet vim obligandi in utroq; foro, fol. 41. nū. 9.

Lex non fit, nisi in causa dubia, fol. 113. nū. 8.

Lesita quid significet, fol. 235. nū. 2.

Libertas à quo dari posset, fol. 226. nū. 11.

M

M *Anumissio quid sit*, fol. 225. nū. 10.
Manfer quis sit, fol. 209. nū. 13.

Matrimonium quid sit, fol. 119. nū. 11.

Medici citantur à iuris consultis, fol. 32. nū. 24.

Mercurius Trismegistus Trinitatem praesensit, fol. 28. numero
21.

Mercurius Diaconus olim appellatus fuit, fol. 267. nū. 1.

N

N *Naturales filij qui sint*, fol. 209. nū. 4.
Negligentia que damna importet, fol. 47. nū. 10.
Negligentia quid sit, fol. 124. à num. 3.
Negligentia quo pacto conuincatur, fol. 130. nū. 10.
Nepotes possunt obtinere ecclesiæ auorum, folio. 212. numero
ultimo.

Nomen debet esse consonans rei, fol. 33. nū. 25.

Nothi qui sint, fol. 210. nū. 15.

O

O *Officij deriuatio*, fol. 271. nū. 5.
Officij definitio, fol. 273.

Ordinum

ALPHABETICVS.

Ordinati à præcisis ab Ecclesia an ordinum executionē recipiant,
fol. 146. nū. 4.

Ordines maiores, & minores qui sint, fol. 134. nū. 3.

Ordines quo tempore conferri possunt, fol. 136. nū. 6.

Ordinis laus, & quam necessarius sit in omni re ordo, folio. 6.
num. 1.

Ordo quid sit, fol. 133. nū. 2.

Ordo necessarius in præficiendis, fol. 154. nū. 5.

Ordo à quo conferri possit, fol. 137. nū. 7.

Ornatus in sacramentis quid sit, fol. 188. nū. 14.

Oforius Christianus Cicero, fol. 21. nū. 14.

Oforius iuris ciuilis doctrinam attigit, fol. 258. nū. 10.

P

P *Allij Ethymologia quæ sit*, fol. 83. nū. 2.

Pallij definitio, fol. 88. nū. 5.

Pallij forma quæ sit, fol. 91. nū. 9.

Pallium assumi de corpore beati Petri quid sit, folio. 89. na-
mer. 6.

Parrochia quid sit, fol. 78.

Pastoris nomen tam Pastor, quam regi conuenit, folio. 75.
num. 3.

Patriæ amor quantus sit, fol. 261. nū. 3.

Patriæ ignobilatatem, aut nobilitatem parùm referre, fol. 265.

*Peregrini quare sine dimicarijs, aut commendacitijs literis promo-
ucri, aut ministralre non permittuntur*, fol. 261.

Peregrini verbum quid olim significaret, fol. 259. nū. 2.

Permissio est potissima legis virtus, fol. 9. nū. 2.

Permituntur multa, quæ tamen nec licent, nec sine peccato fūt,
d. loco.

INDEX

- Phænices fuerunt primi literarum inuentores, fol. 106. num. 2.*
Plato diuinam Triadem videtur agnouisse, fol. 27. num. 21.
Plato paucis immutatis Christianus est, fol. 28 d. nu.
Plinius naturæ bibliotheca, fol. 8. num. 2.
Poetarum testimonij ipsi Iuris consulti, ipsiq; pontifices suas leges decorant, fol. 10. num. 3.
Pontifex potest renuntiare papatui, fol. 113; num. 8.
Postulatio quid sit, fol. 63. num. 3.
Prælati qui sint, fol. 128. num. 8.
Præstimonia parentum non possunt obtinere filij, fol. 211.
Præstimoniorū duo genera d. loco.
Presbyter quid significet, fol. 161. num. 7.
Primates non distinguuntur à Patriarchis, fol. 95. num. 10.
Principium rectum compar semper consequitur finis, folio. 20. num. 13.
Principium cuiusq; rei potissima pars d. loco.

Q

- Qualitas præficiendorum, fol. 151. nu. 3.*
Quaternarij numeri laus, fol. 92. num. 10.

R

- Ratiocinijs obligati quare ordinari non possint. folio. 235.*
Reliquator quis sit, fol. 237.
Renunciationis definitio, fol. 108. num. 5.
Renunciatio non debet fieri, nisi ub causas maximè necessarias, fol. 115. num. 9.
Rescripta quo pacto vitentur, fol. 48. à num. 11.
Rescriptum quid sit, fol. 44. num. 4.

Rescriptum

ALPHABETICVS.

- Rescriptum quis possit concedere, fol. 45. num. 5.*
Rescriptum quis possit impetrare d. loco, nu. 6.
Rescriptum utram perpetuò vel ad tempus durat, fol. 46. à nu. 9.
Rodolphi Imperatoris dictum, fol. 69. num. 7.
Rubrica quid sit, fol. 7. num. 2.
Rubricæ pro legibus citari possunt, fol. 10. num. 4.
Rubrica inscriebantur tituli librorum, & quare, folio. 104. à num. 1.

S

- Sacerdotes maiores, & minores in principio Ecclesie promiscue sacerdotes, & episcopi appellabantur, fol. 79. nu. 10.*
Sacerdos simplex ex dispensatione Pontificis potest ordines conferre, fol. 137. nu. 8.
Sacramenti Verbi significationes, fol. 172. num. 2.
Sacramenti nomen soli matrimonio in sacris Scripturis tribuitur, fol. 178. num. 6.
Sacramentorum legis nouæ, & veteris differentia d. loco.
Sacramenti definitio, fol. 176. num. 7.
Sacramenta à quo fuerint instituta, fol. 180. num. 8.
Sacramenta conficiuntur etiam à malis ministris, dummodo habent intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, folio. 181. dict. num.
Sacramenta quare vocantur sacramenta Ecclesie, fol. 182. nu. 2.
Sacramentorum divisio, fol. 186. num. 10.
Sacramenta quæ imprimunt characterem, quæ non, folio. 188. num. 12.
Sacramentum conjugij quomodo apud infideles fuisse dicatur, fol. 253.
Senectus quid significet in sacris literis, fol. 161. nu. 7.

T 3

Sene-

INDEX

- Seruus vtrum per baptismum liber fiat, fol. 228.*
Seruus quare ordinari prohibetur, fol. 233. nū. 12.
Seruus ordinatus scientia, & ignorantia domino. 234. nū. vlt.
Scire quid facias, et nescire, quo facias ordine, imperfecte cognitionis est, fol. 7. nū. 1.
Scripturare requiritur ad legis essentiam, fol. 38. nū. 5.
Simonidis de Deo iudicium, fol. 18. nū. 2.
Synagoga quid significet, fol. 184.
Socrates per Canem iurare solebat, fol. 27. nū. 21.
Spurius unde dictus fuerit, fol. 208. nū. 12.
Statuliber quis sit, fol. 231.
Stola est insigne sacerdotum, fol. 8. nū. 2.

T

- T Anqua, quid importet in sacris literis, & in iure, f. 251. n. 4*
Theologia ceteras sibi scientias subalternare dicitur, folio
20. nū. 13.
Tiraquellus literarum porcus, fol. 9. nū. 2.
Toga insigne adiutorum, fol. 8. nū. 2.
Translatio tropus apud Rhetores, fol. 72. nū. 1.
Translatio quid sit in tit. de translat. fol. 74. nū. 3.
Trinitatis mysterium solum Deum habet doctorem, & ducent,
fol. 17. nū. 12.
Trinitatis mysterium non potest homini naturaliter innoscere,
fol. 25. nū. 19.
Trinitatis vestigium in rebus creatis elucet, fol. 26. nū. 20.

V

- V Enditor rei vitiæ & scienter, qui emporē de vitiō non ad-*
monuit, tenetur ad intercessione extra rem, fol. 49. nū. 12.
Verba

ALPHABETICVS.

- Verba omnia sunt accipienda cum effectu, fol. 109. nū. 5.*
Verba cum in eadem dispositione ad duas res referuntur, satis est,
si in altera propriè, in altera impropriè accipiuntur.
Vindicta quid sit, & quomodo fiebat, fol. 226.
Virgines vestales esse non poterant corpore deformes, fol. 242.
Vnctionis extremæ sacramentū quare institutū fuit, f. 159. n. 7.
Vnctionis extremæ effectus, materia, forma, & minister. d. loco.
Vnctio extrema quibus sit conferenda, fol. 162. nū. 8.
Vnctio regum vnde originem duxerit, fol. 166. nū. 10.
Vnctio pontificum quare fiat in capite, regum in brachio, fol. 68.
num. 11.

F I N I S.

M A D R I T I

Apud Petrum Madrigal,

Anno M. D. XC.

